# PROF. RUDOLF CHRISTIAN WAGNER

| | |
|---|---|
| Fakultät | Philosophische Fakultät |
| Geboren | 1668/71 in Nesselröden bei Eschwege |
| Gestorben | 1741 |
| Kurzvita | Phil. ao. u. o. Prof. d. Mathematik und Physik in Helmstedt (1701 bzw. 1705/06–1741); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Rudolphus Christianus magister Wagner Isnacensis Thuringus (05.06.1697) |
| Ehefrauen | Catharina Maria Wagner geborene Andreä (08.11.1682–10.01.1735), Heirat 1702 |
| Porträt | HAB: A 23, 67 \| A 23, 66 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 241 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/117560731 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-231-wagner |

## Lehrstühle

1701–1741 Lehrstuhl für Mathematik / Physik, Helmstedt

## Akademische Ämter

1709–1710: Universität Helmstedt, Prorektor

1717–1718: Universität Helmstedt, Prorektor

1725–1726: Universität Helmstedt, Prorektor

1731–1731: Universität Helmstedt, Prorektor

## Ämter

1697–1700: Hannover, Privatsekretär v. G. W. Leibniz

## Vorlesungen (144)

Rudolphus Christianus Wagner, Mathem. Prof. Publ. & Ord. de systematibus corporum mundanorum doctrinae, quam in praelectionibus publicis usque huc dedit explicatam, propediem finem imponet. Cum XXVto mensis Maji conjunctio Saturni & Jovis, quam in scholis suis magnam astronomi vocant, sit futura; occasione hujus argumentum de conjunctionibus in genere pertractabit. [...] Docet hora VIIma matutina., Sommersemester 1702

[...] Privatim vero absolutis commentationibus Geometricis, Geographicis & astrognosticis, disciplinas mathematicas denuo ordine concinno proponet, non defuturus quoque iis, qui seorsim vel Geographica, Optica atque alia ejus generis exercitia, vel themata porro pertierint publice ventilanda., Sommersemester 1702

Rvdolphvs Christianvs Wagner in praelectionibus publicis Celeb.mi Feldeni Artem Geometricam explicat. Iisdem finitis, cum hyemale tempus astronomicis magis faveat exercitiis, auditores ad haec ipsa praeparaturus, Compendium doctrinae Sphaericae ejusdem autoris studiosis explanabit. [...] Docet publice hora Ima., Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim quemadmodum distinctis horis in exponendis Geometricis, Geographicis, ut et Architecturae militaris praeceptis est occupatus, ita etiam juxta Architectonicas institutiones, Physicas quas anno abhinc habuit, quasque iterum flagitant commilitones, iisdem aperiet scholas, atque hujus scientiae dogmata, ex vertum aeque ac modernorum placitis depromta, iisdem perspicue proponet, experimentisque, hinc inde instituendis, dicenda denuo confirmabit; perinde ac argumento, quod in praesenti prelum experitur, de convolvulorum gyris mathematico-physico, alia utilia non minus, quam curiosa subjunget, atque in publicum evulgabit., Wintersemester 1704/1705

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Math. & Phys. Prof. Ordin. in Arithmetica vulgari Praxeos, ita dictae, Italicae fundamenta proponet. In Algebraicis autem operationibus, post extractionem radicum ex binomiis, ad praecepta, de reducendis aequationibus, nuper fecit progressum. His perceptis ipsam problematum constructionem aggredietur, usumque thesium, hactenus calamo exceptarum, in exemplorum analyticorum, per singuala aequationum genera, solutione C. D. commonstrabit. [...] Docet publ. hora Ima & Vta., Sommersemester 1707

In Physicis, absolutis de Aere commentationibus, novas de Igne, ex placitis incomparabilis, difficili hoc in argumento, viri Pauli Casati exordietur. [...] Docet publ. hora Ima & VIta., Sommersemester 1707

Privatim dogmata Optica practica, Gnomonica, Statica, Trigonometrica Sphaerica, ut et Physica, ad finem jam tum cum Deo deduxit: in Algebraicis autem adhuc detinetur exercitiis., Sommersemester 1707

Praeter haec ipsa, quas desiderarunt, tum Mathematicas, tum Physicas scholas denuo aperiet, in singulis ad voluntatem et commoda Commilitonum sese compositurus., Sommersemester 1707

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. Geometricas institutiones, quas Arithmeticas & Algebraicis exercitiis finitis, nuper est exorsus, perinde ac de Anima praelectiones sedulus continuabit. [...] Docet publice horis Ima & Vta., Wintersemester 1710/1711

Privatim Optica & Gnomonica Commilitonibus tradidit, quibus in iis, quae ad se spectant, studiis, pro desiderio ipsorum, porro lubens ac promtus aderit., Wintersemester 1710/1711

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. Geometricis doctrinis ad ductum Sturmii usque huc explicatis, Opticas ex eodem Autore, experimentis recentiorum, cumprimis Newtonianis illustrandas C. D. subjunget. [...] Docet publice horis I. [...]., Sommersemester 1711

Commentationes autem de Anima aliae de Homine, sucundum theses B. in his studiis Antecessoris sui Schraderi, a Commilitonibus denuo maxime opere rogatae, excipient. [...] Docet publice horis [...] V., Sommersemester 1711

Privatim in complexu disciplinarum Mathematicarum, elapso semestri inchoato, explanando non modo perget, verum & iis, qui institutiones Physicas desiderarunt, promptam utilemque operam navabit., Sommersemester 1711

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. absolutis Architecturae Civilis institutionibus per hos menses hybernos ad Astronomica se conferet, atque Scientiam Cosmicam, hoc est Astronomiam tam Sphaericam, quam Theoricam, ad ductum Tabularum B. Sturmii exponet.[...] Docet publice horis I. [...]., Wintersemester 1712/1713

In physics autem jucundam de Meteoris, doctrinam interpretabitur. Docet publice horis [...] V., Wintersemester 1712/1713

Privatim partim disciplinas Cursu mathematico, post paschatos festum inchoato, comprehensas explanare contibuabit, partim novum denuo, ex Commilitonum desiderio auspicabitur., Wintersemester 1712/1713

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathem. ac Natural. Prof. Ordin. praelectiones Astronomicas, in quibus explanandis versatur, continuabit, atque C. D. absolvet. [...] Docet publice hora X [...]., Sommersemester 1713

In philosophia autem naturali Meteorologicis Commentationinbus finitis, Institutiones physicas interpretabitur. [...] Docet publice horis [...] V., Sommersemester 1713

Privatim his Geometriae; illis Optices; istis Architecturae militarias, alia Geographiae praecepta tradit, quibus deinceps reliquas, quae desicderabuntur, disciplinas ordine subjunget., Sommersemester 1713

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathem. ac Natural. Prof. Ordin. absolutis commentationibus Astronomicis Horographiam; & post hanc, Chronologiam Commilitonibus tradet. [...] Docet publice horis [...] I., Wintersemester 1713/1714

Physicas vero Institutiones usque huc explanatas excipiet denuo argumentum in his speciale, in quo caloris & frigoris naturas scrutabitur, accommodis experimentis illustrabit, atq[ue] insimul instrumentorum, pro differentibus horum gradibus determinandis, a recentiores inventorum, & componendorum, & examinandorum, rationem harum doctrinarum cupidos edocebit. [...] Docet publice horis [...] V., Wintersemester 1713/1714

Privatim, prout quotannis factum, singulis tum ordinariis, tum extraordinariis, Mercurii & Saturni, diebus explanationem Disciplinarum Mathematicarum quarumque sedulus C. D. continuabit., Wintersemester 1713/1714

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathem. ac Natural. Prof. Ordin. finitis Chronologicis, ad Statisticas et Mechanicas praelectiones progressum instituet, atque, pro temporis, quod ab his reliquum erit, ratione, argumentum aliud, jucundum aeque ac utile, e tabula publica tunc nominandum, explanabit. [...] Docet publice horis Ima [...]., Sommersemester 1714

In physicis pernobilem illam de Homine doctrinam, a B. Schradero thesibus, vastissimam eruditionem spirantibus, comprehensam, atque a Commilitonibus denuo tantopere desideratam, interpretabitur. [...] Docet publice horis Vta., Sommersemester 1714

Privatim autem, quae in cursu mathematico restant, absolvet, perinde ac novam disciplinarum mathematicum seriem, justu ambitu circumscriptam, auspicabitur., Sommersemester 1714

Rudolphus Christianvs Wagner Mathem. & Naturalis Philosophiae Prof. Ordin. post finitas Institutiones Algebraicas, ad Geometricas se convertet, & egregium Euclidis dogmata in compendio exhibentem libellum Elementorum Geometriae P. Ign. Gasst. Pardies explanabit. [...] Docet publice horis prima & quinta., Wintersemester 1714/1715

In Physicis autem parti generali Institutionum physicarum Schmiderianvm specialem subjunget. [...] Docet publice hora prima & quinta., Wintersemester 1714/1715

Privatim continuabit C. D. scholas & studias ad utrumque munus spectantia, & ad commoda ac desideria Dn. Commilitonum in his nunquam non se componet., Wintersemester 1714/1715

Rvdolphvs Christianvs Wagner Mathem. & Natural. Philosophiae Prof. Ordin. post finitas Institutiones Algebraicas, ad Geometricas se convertet, & egregium Euclidis dogmata in compendio exhibentem libellum Elementorum Geometriae P. Ign. Gast. Pardies explanabit. [...] Docet publice horis prima [...]., Sommersemester 1715

In Physicis autem parti generali Institutionum physicarum Schmidianarum specialem subjunget. [...] Docet publice horis [...] quinta., Sommersemester 1715

Privatim continuabit C. D. scholas & studia ad utrumque munus spectantia, & ad commoda ac desideria Dn. Commilitonum in his numquam non se componet. [...] Docet publice diebus ordinariis hora antemeridiana VIII., Sommersemester 1715

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Rvdolphvs Christianvs Wagner Mathem. & Natural. Prof. Ordin. Algebraicas exercitationes, ob impedimentia, e gravi, quocum eidem, per plures hebdomadas, fuit conflictandum, morbo enata, circa festum Michaelis demum finivit. Qua de re libellum Elementorum Geometriae P. Ign. Gast. Pardies, dogmata Euclidis in compendio exhibentem, hibernis hisce mensibus explanabit. […] Docet publice horis Ima. & Vta., Wintersemester 1715/1716

[…] In Physicis autem pernobilem de Anima doctrinam, omnium ordinum studiosis scitu necessariam, atque aliquot abhinc annis succinctis thesibus comprehensam, commilitonibusbue traditam, denuo interpretabitur. […] Docet publice horis Ima. & Vta., Wintersemester 1715/1716

[…] Privatim in disciplinis Mathematicis his, illisque, ad ductum CLmorum. Virorum Sturmii, & Wolffii exponendis progredietur., Wintersemester 1715/1716

Rvdolphvs Christianvs Wagner Mathem ac Natural. Prof. Ordin. observationes tum Saturni cum annulo suo, tum eorum, quae Jovem circumeunt, satellitum, singulis noctibus serenis per hanc quoque hyemem continuavit. Ita telescopiis majoribus, viginti & triginta pedum longitudinis, praestantissimis, facies eorum, quando satelles ob radios alteriius, vel ipsius etiam Iovis admodum vicini, per telescopi minora cerni haud poterat, Commilitonibus nihilo secius exhibuit; verum & extra illum situm, lebtibus, quatuor non nisi pedum foci, eosdem exquisite jam tum oculis usurpari posse, vicibus perquam multis, spectatoribus ostendit. […] Docet publice horis Ima et Vta., Sommersemester 1716

Praeter hasce operas in libro Elementorum Geometriae P. Ing. Gart. Pardies explanando est versatus, quas interpretationes, perinde ac in physicis de Anima disputationes, aestivis hisce mensibus C. D. absolvet. […] Docet publice horis Ima et Vta., Sommersemester 1716

Privatim una schola mathesin Compendiariam B. Sturmii, duabus autem aliis Elementa Matheseos universae Celeberrimi & omni encomio memorandi Wolffii ulterius explanabit., Sommersemester 1716

Rvdolphvs Christianvs Wagner Mathematum & Naturalium Prof. Ordin. absolutis Geometricae institutionibus ex P. Ign. Gast. Pardies libro Elementorum de promtis in Astrognosiam B. Strauchii, per hybernum instans semestre tempus commentabitur. […] Docet publice horis Ima […]., Wintersemester 1716/1717

In Physicis autem doctrinam de Homine secundum incomparabilis in hisce studiis Antecessoris sui B. Schraderi theses Mstas ingenisissimas denuo Commilitonibus tradet. […] Docet publice horis […] Vta., Wintersemester 1716/1717

Perinde ac privatas tam Matheseos Universae Wolffianorum interpretationes sedulos continuabit., Wintersemester 1716/1717

Rvdolphvs Christianus Wagner, Mathematum & Naturalium Prof. Ordin. Astronomicas institutiones, quas per hybernos menses Commilitonibus tradidit, cum Opticis permutabit, easque ad ductum Matheseos compendiaria Sturmianae proponet & explanabit. […] Docet publice horis Ima […]., Sommersemester 1717

Illis autem de Homine nuper finitis, Scientiae naturalis seu Physicae positivae totum systema Schmidianum subjunget. […] Docet publice horis […] Vta., Sommersemester 1717

Privatim cursum mathematicum, quem huc usque continuatum, perinde absolvit, denuo C. D. exordietur., Sommersemester 1717

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. Opticis institutionibus, ad ductum Matheseos Compendiariae Sturmiana finitis, Architectura militaris illas, quae has excipiunt, commilitonibus tradet. […] Docet publice horis IIItia […]., Wintersemester 1717/1718

[…] Macularum Solarium quoque, quarum uberior proventus per aestivos menses sese ostenderat,

observationes ac delineationes, diebus serennis cotidie spectatoribus, multis horis, gratis exhibitas, tempore commodo, easdemque oblaturo, non minus continuabit. Physices Schmidiana partem specialem, in qua exponenda versatur, perinde absolvet. Docet publice horis [...] Vta., Wintersemester 1717/1718

[...] Privatim autem sedulus perget in explicandis cursu mathematici disciplinis, quem solum, uti hoc, quo magistratum Academicum C. D. gerit, tempore, publicis praelectionibus utriusque studii, haud multum detrahetur, superiori semestri est auspicatus., Wintersemester 1717/1718

Rvdolphvs Christanvs Wagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. quamprimum, quae restant ex Architectura militari, absolverit, civilis illius institutiones, eundem Sturmium, [cuitamen artis hujus peritissimos selectos alios junget] secutus, perinde explanabit. [...] Docet publice horis IIItia. [...]., Sommersemester 1718

In physicis autem doctrinam de Anima & corpore animato pertractabit. [...] Docet publice horis [...] V.ta., Sommersemester 1718

Privatim denique ad voluntatem Commilitonum lubens se componet, atque juxta cursum, quem iisdem tradet, mathematicum, vel novum exordietur, vel iis, qui hac aut illam, ex ambitu nominatu, disciplinam desiderabunt, suis praesto erit operis & adjumentis., Sommersemester 1718

Rvdolph. Christ. Wagner, Mathem. ac Naturall. Prof. Ordin. in explanandis Architecturae Civilis institutionibus per semestre hoc occupabitur. Iuxta has observationes macularum solarium perinde ac alias coelestes [...]. [...] Docet publice horis IIItia [...]., Wintersemester 1718/1719

[...] in physicis autem praelectiones de Anima & corpore animato continuabit. [...] Docet publice horis [...] Vta., Wintersemester 1718/1719

Privatim perget in cursu mathematico, aliisque quas separatim aliis horis pertractat disciplinis mathematicis, atque in isto Opticam, quam ordo tangit, exordietur., Wintersemester 1718/1719

Rvdolph. Christ. Wagner, Mathem. ac Natural. Prof. Ordin. absolutis Architectonicis Commentationibus ad Gnomonicas per proximos menses explanandas se convertet. [...] Docet publice horis III [...]., Sommersemester 1719

In Physicis vero illas de Anima & corpore animato finitas excipiet totum Institutionum physicarum systema, quod hoc & futuro semestri interpretabitur. [...] Docet publice horis [...] V., Sommersemester 1719

Privatim quae in disciplinarum mathematicarum ambitu restant, ad finem C. D. non minus perducet, atque, ex desiderio Commilitonum novum talem cursum exordietur., Sommersemester 1719

Rvdolphvs Christianvs Wagner, mathematum ac naturalium Prof. ordin. a commentationibus Astrognosticis, superiori semestri absolutis, ad praelectiones in Artem Geometricam, inclyti quondam academiae hujus JCti & mathematum doctoris Jo. a Felden instituendas se convertet. [...] Docet publice horis post meridiem III [...]., Sommersemester 1720

In physicis doctrinam de Homine, ad ductum thesium B. Antecessoris, celeberrimi Schraderi, denuo rogatus interpretabitur. [...] Docet publice horis post meridiem [...] V., Sommersemester 1720

Privatim non tantum novam disciplinarum mathematicarum compagem ac seriem, (cursum vocant mathematicum) auspicabitur, verum & juxta hunc sigillatim, illam vel istam, scientiarum dictarum, explanare, modo consueto, perget., Sommersemester 1720

Rvdolphvs Christianvs Wagner, mathematum ac naturalium prof. pauca, quae restant, ex arte Geometrica Feldeni, problemata, in campo absolvet. Inde vero Opticas institutiones Commilitonibus tradet. [...] Docet publ. horis III. & V., Sommersemester 1721

[...] In physicis, postquam doctrina de Homine ante festos paschatis dies ad finem C.D. erit

perducta, argumenta physica in sacro Codice occurrentia Auditoribus explanabit, [...] Docet publ. horis III. & V., Sommersemester 1721

[...] atque ab iis exordietur, quae historia passionis Servatoris nostri suppeditat. [...] Docet publ. horis III. & V., Sommersemester 1721

[...] Privatim complexum disciplinarum mathematicarum denuo inchoabit., Sommersemester 1721

[...] Privatim, quae in cursu mathematico restabant, architecturam utramque absolvit; Commilitones alios autem, adsumtis pluribus horis; analysin infinitorum, id est, calculos; differentialem, integralem, & exponentialem edocuit: Idem porro, secundum desideria commilitonum, C.D. singulis in disciplinis, ad se pertinentibus, facturus., Sommersemester 1723

Rvdolphvs Christianvs Wagner, mathematum ac naturalium Prof. ordin. geometriam, atque trigonometriam planam, ad ductum B. Sturmii, & Celeb. Wolffii, hoc semestri absolvit. Inde ad explanandam Architecturam civilem V.D. se convertet. [...] Docet publice hora III. & Vta., Sommersemester 1723

[...] Physicis autem institutionibus perinde finitis, commentationes de Homine, ex thesibus Schraderianis exordietur. [...] Docet publice hora III. & Vta., Sommersemester 1723

[...] quam & reliquas Elementorum Wolffianorum interpretationes, in cursu mathematico sedulus continuabit. Docet publice horis IIItia & Vta., Wintersemester 1723/1724

[...] Privatim vero, post algebraicas, arithmeticas & geometricas, superioribus mensibus explanatas institutiones, diversis horis tam in opticis desideratis Commilitiones exercebit; [...], Wintersemester 1723/1724

Rvdolphvs Christianvs VVagner, mathematum & naturalium Prof. Ordin. per proximum semestre praelectiones Architectonicas perinde ac illas de Homine C. D. absolvet. [...] Docet publice horis IIItia & Vta., Wintersemester 1723/1724

Rvdolphvs Christianvs VVagner, mathematum et naturalis philosophiae prof. ord. absolutis superiori semestri, architectonicis commentationibus, proximo staticas & mechanicas, ad ductum ejusdem auctoris, celeb. Wolffii, C.D. explanabit. [...] Docet publice horis II. & V., Sommersemester 1724

[...] Privatim, postquam ex elementis matheseos Wolffianis, Auditores trigonometriam, architecturam civilem, ut & alios arithmeticam vulgarem edocuit; inde non tantum ad exponendam architecturam militarem se convertet; verum & disciplinarum mathematicarum novam seriem; a Commilitonibus aliis desideratam, exordietur., Sommersemester 1724

[...] In physicis autem finitis perinde de Homine praelectionibus novas de Anima inchoabit, quando in prioribus argumentum hoc non nisi paucis a B. Schradero, ultimo harum capite fuit tactum. [...] Docet publice hora II. & V., Sommersemester 1724

[...] perinde, ac tribus aliis, per singulos dies, horis, privatas, in hydrostaticam, atque aerometriam, architecturam civilem, & trigonometriam sphaericam commentationes. Hisce vero non minus alias mathematicas disciplinas, ex Commilitonum desiderio, subjunget., Wintersemester 1724/1725

Rvdolphvs Christianvs VVagner, mathematum ac naturalium prof. ordin. mechanicas institutiones celeb. Wolffi; [...] Docet publice horis III. & V., Wintersemester 1724/1725

[...] in physicis autem praelectiones de anima & corpore animato, & praeter has observationes coelestes per instans semestre pariter, & sedulus, continuabit; [...] Docet publice horis III. & V., Wintersemester 1724/1725

[...] Perinde ac in physicis istas de Anima & Corpore animato iam tum absolutas, alia Institutionales, sive de Physica positiva dicta, Venerab. Schmidii nostri excipient. [...] Docet publice horis III. & V., Sommersemester 1725

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum & Naturalium prof. Ordin. post Mechanicas Celeb. Wolffii institutiones ad illas, quae Eiusdem Compendium omnium scientiarum mathematicarum tradunt, se convertet. […] Docet publice horis III. & V., Sommersemester 1725

[…]In privatis autem iuxta easdem, quam iamtum habet, mathematicas disciplinas praeleget., Sommersemester 1725

[…] Privatis acroasibus expositis Arithmetices, Geometriae, et Trigonometriae doctrinis, illam Mechanices et reliquas etiam conficere allaborabit., Wintersemester 1725/1726

[…] Neque minus in explanandis Institutionibus Physicis Schmidianis, qua licebit industria, perget. […] Docet publice horis III. & V. pomeriadianis., Wintersemester 1725/1726

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum et Naturalium Prof. Ordin. absolutis institutionibus Arithmeticis ad ductum Compendii Elementorum Mathematicorum Wolffiani, eodem duce coeptam Geometriam, quantum regiminis Academici negotia temporis reliquum facient, persequetur. […] Docet publice horis III. & V. pomeriadianis., Wintersemester 1725/1726

[…]Illis quoque, qui in Mathematicis privata industria uti cupiunt, easdem ad ductum Wolffii, vel Weidleri aut Liebknechtii se explicaturum pollicetur., Sommersemester 1726

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. ac Natural. Prof. Ord. Quando explicationem Geometriae ad ductum derer Anfangs-Gründe Mathematischer Wissenschaften Celeber. Wolffii superiori semestri, […] Docet publ. hor. III. et V., Sommersemester 1726

[…] aeque ac Commentationes Physicas venerab. Schmidii nostri fasces Academici interceperunt; utraque resumet, et denuo in iis sedulo inchoatis perget. […] Docet publ. hor. III. et V., Sommersemester 1726

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathemarum et Naturalium Prof. Publ. Ordin. in Commentationibus ad Wolffii Auszug der Anfangs- Gründe aller mathematischen Wissenschaften, finitis Geometicis, ad Trigonometrica perget. […] Docet hora IIItia et Vta pomeridianis, Wintersemester 1726/1727

[…] In Physicis, secundum ductum Institutionum Schmidianarum, a generali ad specialem Physicam pervenit, atque operam dabit, ut hoc semestri ad finem hasce acroases perducat. […] Docet hora IIItia et Vta pomeridianis., Wintersemester 1726/1727

[…] Privatim Wolffii Geometrica rogatus explicat, ad reliquas deinde partes perrecturus., Wintersemester 1726/1727

[…] In Physicis explicata parte physicorum Schmidianorum speciali suas de Anima & corpore animato theses proponet. […] Docet hora III. & V. pomerid., Sommersemester 1727

[…] Privatim quoque eorundem desideriis satisfaciet., Sommersemester 1727

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathemat. et Natural. Prof. Ord. in Mathematicis hucusque explicavit Trigonometriam, et Mechanicam nunc continuat ad ductum Compendii Elementorum Mathes. celeb. Wolffii. His ad finem perductis, quae Commilitonum maxime interesse iudicaverit, eliget. […] Docet hora III. & V. pomerid., Sommersemester 1727

[…] In Physicis explicata parte physicorum Schmidianorum speciali suas de Anima & corpore animato theses proponet. […] Docet hora III. & V. pomerid., Sommersemester 1727

[…] Privatim quoque eorundem desideriis satisfaciet., Sommersemester 1727

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum et Naturalium Prof. Ord. ad finem perductis Institutionibus Mechanicis ad ductum Cel. Wolffii eodem auctore praeeunte Hydrostatices ac Aerometriae principia Auditoribus tradet. […] Docet horis III. e V. pomeridianis., Wintersemester 1727/1728

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

[...] In Physicis vero doctrinam de Homine inchoatam, et ad medium circiter perductam hoc semestri continuabit et absolvet. [...] Docet horis III. et V. pomeridianis., Wintersemester 1727/1728

[...] Reliquas autem scholas ad Nobiliss. Commilitonum desiderium adcommodabit., Wintersemester 1727/1728

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. et Naturalium Prof. Ordin. hucusque in commentationibus ad Hydrostatica celeb. Wolffii est occupatus; quibus ad finem perductis, in Aerometriam eiusdem Auctoris commentari inchoabit. [...] Docet publice horis III. et V.ta pomeridianis., Sommersemester 1728

[...] In Physicis absolvit Acroases Schraderianas, de Homine; hinc Physicam, concinnis thesibus cum explanatione in calamum dictatis, ac utrisque sermone illustratis, rogatus dabit. Docet publice horis III. et V.ta pomeridianis., Sommersemester 1728

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. et Naturalium Prof. Ordin. hucusque in commentationibus ad Hydrostatica celeb. Wolffii est occupatus; quibus ad finem perductis, in Aerometriam eiusdem Auctoris commentari inchoabit. [...] Docet publice horis III. et V.ta pomeridianis., Sommersemester 1728

[...] In Physicis absolvit Acroases Schraderianas, de Homine; hinc Physicam, concinnis thesibus cum explanatione in calamum dictatis, ac utrisque sermone illustratis, rogatus dabit. Docet publice horis III. et V.ta pomeridianis., Sommersemester 1728

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. In Mathematicis Aerometriae principia ad Cel. Wolffii ductum explicat; quibus finitis Hydraulica, eodem Auctore praeeunte, Auditoribus proponet. [...] Docet horis IIItia et Vta pomeridianis., Wintersemester 1728/1729

[...] In tradendis vero Physicis, secundum theses a se concinnatas, atque explicatas quoque, est occupatus, quae hoc semestri ad finem perducere allaborabit. Reliqua vero ad Nob. Commilitonum desideria accommodabit. Docet horis IIItia et Vta pomeridianis., Wintersemester 1728/1729

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathem. et Natural. Prof. Ordin. post finitas commentationes Hydraulicas, ad ductum. VVolffii institutas, Eodem praeeunte Opticen Nobilissimis Com- militonibus proponet. [...] Docet publice horis pomeridianis tertia, & quinta., Sommersemester 1729

[...] In Physicis, partem Naturalis doctrinae specialem adhuc explicat, quam B.C.D. ad finem perducere allaborabit, novas deinceps Acroases e publico loco, si quod supererit temporis, indicaturus. Docet publice horis pomeridianis tertia, & quinta., Sommersemester 1729

Rvdolphus Christianvs VVagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. ad finem perductis praelectionibus Opticis, secundum ductum des Auszugs der Anfangs-Gründe Mathematischer Wissenschafften Celeb. VVolffii Catoptricen et Dioptricen Auditoribus tradet. [...] Docet horis III. et V. pmeridianis., Wintersemester 1729/1730

[...] In Physicis autem scholis, quantum ex parte physices speciali reliquum est, absolvet; [...] Docet horis III. et V. pomeridianis., Wintersemester 1729/1730

[...] privatas acroases desideriis Nobil. Commilitonum adcommodaturus., Wintersemester 1729/1730

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathemat. & Natural. Prof. Ordin, hucusque in Opticis, Catoptricis, Dioptricisque Acroasibus fuit occupatus. His vero absolutis ad Perspectivam, sic vocatam, & Opticis principiis nitentem, secundum Celeb. Wolffii ductum explicandam seses conferet. [...] Docet horis, IIItia & Vta pomeridianis., Sommersemester 1730

[...] In Physicis doctrinam de Homine, ad ductum thesium B. Schraderi nostri, in calamum dictandarum proponere incipiet, in iis hoc semestri perinde & aliis Physicis ac Mathematicis ad Dnn. Commilitonum Iubitum hoc semestri strenue prorecturus. Docet horis, IIItia & Vta pomeridianis.,

Sommersemester 1730

Rvdolphvs Christianvs VVagner, absolutis nuper in Arithmeticam Cel. Wolffii scholis, ad Geometrices principia explananda sese conferet. [...] Docet horis III. & V., Sommersemester 1730

[...] In Physicis vero praelectionibus explicatione thesium B. Schraderi de Homine ad finem perducta, reliquum temporis expositioni historiae Passionis Jesu Christi, ex physicis principiis desumtae, consecrabit, & quae dein tradet, ex tabula publica notificabit. Docet horis III. & V., Sommersemester 1730

Rvdolphvs Christianvs VVagner Mathem. & Naturalium Prof. Ordin. in Perspectiva, ad ductum cel. Wolffii tradenda est occupatus, qua ad finem perducta Arithmeticam, eodem, praeeunte, nonorum petitis satisfacturus, resumet. [...] Docet publice hor. IIItia & Vta pomeridianis., Wintersemester 1730/1731

[...] In Physicis scholis versatur in doctrina de Homine, ad mentem B. Schraderi nostri haud ita pridem coepta, quam ut hoc semestri absolvat, dabit operam. Docet publice hor. IIItia & Vta pomeridianis., Wintersemester 1730/1731

Rvdolphvs Christianvs VVagner, absolutis nuper in Arithmeticam Cel. Wolffii scholis, ad Geometrices principia explananda sese conferet. [...] Docet horis III. & V., Sommersemester 1731

[...] In Physicis vero praelectionibus explicatione thesium B. Schraderi de Homine ad finem perducta, reliquum temporis expositioni historiae Passionis Jesu Christi, ex physicis principiis desumtae, consecrabit, & quae dein tradet, ex tabula publica notificabit. Docet horis III. & V., Sommersemester 1731

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. hucusque Pro-Rectoris munere functus, non potuit cepta scholarum, tam mathematicarum, quam physicarum telam perficere. Simul ac vero eo liberatus fuerit, ex publico loco continuandarum, aut denuo inchoandarum praelectionum rationem propalabit. [...] Docet hor. III. ac Vta., Wintersemester 1731/1732

[...] Interea tamen temporis, quibus potest modis, philomathematicorum et philophysicorum commilitionum desideriis lubens inserviet. [...], Wintersemester 1731/1732

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Math. et Natural. Prof. Ordin. depositis Mense Januario fascibus Academicis, Geometriam, praeeunte Celeberr. Wolffio, docuit, et hanc porro absolvet. [...] Doc. publ. hor. IIItia. & Vta., Sommersemester 1732

[...] In physicis vero secundum B. Sturmium capita, ad Hominis naturam, eiusque alteram partem, mentem nimirum, pertinentia, ad finem perducet. Ad alia, hanc cumprimis spectantia, proxime sese accinget, idque ex tab. publica significabit., Sommersemester 1732

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. et natural. Prof. Ordin. Geormetriam celeb. Wolffii ex Compendio eiusdem absolvit. Per hoc autem semestre Commentationes in Trigonometriam Ipsius exoridetur, et his finitis alia, ex tabula publica, significabit. [...] Docet publice hor. IIItia & Vta., Wintersemester 1732/1733

[...] In physicis, vero theses de mente humana, secundum B. Sturmii Physicam modernam ad finem perduxit. Inde Physicam B. Abbatis Schmidii interpretabitur. Docet publice hor. IIItia & Vta., Wintersemester 1732/1733

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum et Naturalium Prof. Ordinarius, rogatu Commilitonum Gnomonicam e Celeb. VVolffii Compendio Mathematicarum scientiarum pertractat. [...], Sommersemester 1733

[...] In physicis vero B. Abb. Schmidii Physicam positivam explanat. Docet publice hor. III et V. post merid., Sommersemester 1733

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. in Mathematicis Gnomomica

expedivit. Hinc per hyemem Aerometriam celeb. VVolffii explanabit. [...] Docet publice horis III. & V., Wintersemester 1733/1734

[...] In Physicis autem partem specialem b. Abb. Schmidii Physicae positivae Nobiliss. Dnn. Commilitonibus tradet. Docet publice horis III. & V., Wintersemester 1733/1734

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. Geometriam ex compendio omnium mathematicarum scientiarum celeb Wolffii, per aestivum hoc tempus tradet. [...] Dcoet horis III. & V., Sommersemester 1734

[...] In Physicis autem doctrinam de Homine B. antecessoris sui Schraderi commilitonibus exponet. Docet horis III. & V., Sommersemester 1734

Rvdolphvs Christianvs Wagner Mathematum et Naturalium Prof. Ordin. ex Geometria celeb. Wolffii pauca, quae restant, exponet, [...] Docet horis III. & V., Wintersemester 1734/1735

[...] et inde Trigonometriam eiusdem Auctoris commonstrabit. [...] Docet horis III. & V., Wintersemester 1734/1735

[...] In Physicis vero doctrinam de Homine, B. Schraderi per hoc tempus absolvet. Docet horis III. & V., Wintersemester 1734/1735

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum & Natural. Prof. Ordin. usque huc Geometriam & Trigonometriam in Mathematicis, [...], Sommersemester 1735

[...] in Physicis autem doctrinam de Homine, ex Msto. B. antecessoris Schraderi Auditores docuit. Nunc per sex menses secuturos Opticam Practicam, iisdem proponet, et quando una hora, huic negotio, diebus ordinariis haud erit sufficiens; tum binas, eodem tempore, Dnn. Commilitonibus exhibebit, et Physicas hinc commentationes a festo Michaelis, D.V. ordietur., Sommersemester 1735

[...] In Physicis absoluta de motu animalium doctrina, alia ex Naturalibus pandet, ex tabula publica hinc memoranda. Docet publice hora IIltia & Vta, Sommersemester 1736

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathematum & Naturalium Prof. Ordin. Ea, qua Celeberr. Wolffius in Compendio Mathematicarum disciplinarum, de Aerometria proposuit, per hanc aestatem docere statuit. [...] Docet publice hora IIltia & Vta, Sommersemester 1736

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. et Natural. Prof. Ordin. ea, quae Gnomonica concernunt, ex compendio Mathematum VVolffiano explicabit. [...] Docet publice hora IIItia et Vta., Wintersemester 1736/1737

[...] In Physicis per sequentes sex menses illas aperiet doctrinas, quae de mente humana, ex principiis Leibnitianis a se conscripta sunt. Docet publice hora IIItia et Vta., Wintersemester 1736/1737

Rvdolpho Christiano VVagnero, Mathem. & Naturalium Prof. Ordinario, animus est, per hos menses B. Abb. Schmidii Collegii experimentalis physico mathematici demonstrationes Commilitonibus explanare. [...] Docet publ. hora XIma., Sommersemester 1737

[...] Et quoniam in his plurima occurent physica, eapropter horas suas physicas huc pertrahet, et in his quae usu venient, explicationes, Dominis Auditoribus proponet., Sommersemester 1737

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathem. & Natural. Prof. Ordin. usque huc b. Abb. Schmidii Collegium experimentale physico-mathematicum Dnn. Auditoribus explicavit, & nunc in doctrina de vacuo spatio versatur, atque singula, quae cumprimis antliae pneumaticae opera peraguntur, Ipsis demonstrat. Deinde vero quae elementa, meteora, coelum, Optica, & auditum concernunt, iisdem subiunget. Docet publ. hora XIma., Wintersemester 1737/1738

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum ac Natural. Prof. Ordin. ex desiderio Commilitonum, in Mathesi, praxin elaborandarum quarumvis lentium opticarum, beneficio patinarum vel

ferrearum vel cuprearum, vel orichalcearum ( germ. der Schleif Schüsseln) Ipsis commonstrabit. Et quoniam huic negotio una hora, diebus ordinarius, haud erit sufficiens, binas eodem tempore, dominis commilitonibus impendet, et Physicas commentationes, his finitis, C.D. ordietur., Sommersemester 1738

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. in Mathesi praxin elaborandarum quarumvis lentium Opticarum Commilitonibus usque huc ostendit, et telescopia maiora Ipsis nunc commonstrat, pedibus etiam quindecim longa. Binas quoque horas, diebus ordinariis, Iisdem, per hiemem, impendet, et d. 15 mensis praeteriti Augusti Eclipsin solis rite observavit., Wintersemester 1738/1739

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordin. per hiemem diebus ordinariis in Optico-practicis, Microscopia Commilitonibus quomodo fabricanda sint, ostendit. Nunc per sex menses aestivos ex Celeb. Teichmeieri Elementis Philosophiae naturalis experimentalis, ea quae cum primis antliam pneumaticam concernunt Ipsis explicabit, et singula curate commonstrabit., Sommersemester 1739

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathematum ac Naturalium Prof. Ordinar. Commilitonibus, quae aliam pneumaticam concernunt artificial, explicate dabit., Wintersemester 1739/1740

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathemat. & natural. Prof. Publ. Ord. in opticis, quomodo microscopia paranda sint, commilitonibus ostendet, & in celeb. Teichmeieri elementa philosophiae naturalis commentabitur. Docet publice hora XI-XII., Sommersemester 1740

Rvdolphvs Christianvs VVagner, Mathemat. & natural. Prof. Publ. Ord. quanquam valetudine impeditus, quo minus publicas lectiones instituere possit, non intermittet tamen, quacunque poterit, ratione studiosae iuuentutis commoda promouere., Wintersemester 1740/1741

Rvdolphvs Christianvs Wagner, Mathemat. et natural. Prof. Publ. Ord. quamquam valetudine impeditus, quominus publicas lectiones instituere possit , non intermittet tamen, quacunque poterit, ratione ftudiosae iuuentutis commoda promouere., Sommersemester 1741

## Dissertationen (8)

Methodi Renaldinianae Ad Polygonorum Omnium Ordinatorum Inscriptionem Generalem In Circulo Examen , 30.11.1700. VD17 23:264963K

Gyros Convolvvlorvm dissertationibus duabus Mathematico-Physicis, 14.03.1705

Heronis Alexandrini vita, scripta et quaedam inventa, 31.07.1714

De Maculis Solaribus Praecipue Iis Quae Ann. MDCCVIII Et MDCCIX Apparuerunt : Nec Non De Methodo Easdem Observandi Dissertatio mathematica, 20.04.1709

Meteorologia animalium brutorum, 1702

Examen Methodi Renaldinianae Ad Polygonorvm Omnivm Ordinatorvm Inscriptionem Generalem In Circvlo, 30.11.1700. VD17 23:264963K

De methodo demonstrativa in doctrinis practicis generatim consideratis necessaria , 22.12.1732

De Praestantia Matheseos In Philosophia Natvrali, 28.11.1726

## Reden und Programme (7)

Rudolf Christian Wagner: De Progressv Parallelo Analyseos Et Praxeos Mathematicae Programma : quo lectionum astronomicarum publicarum auspicia mathematum cultoribus In Academia Jvlia significat. VD17 1:074359Q

Rudolf Christian Wagner: Programma de observanda in scientia naturali methodo electiva : quo ad

audiendos praelectiones physicas privatas studiosi peramice invitantur

Rudolf Christian Wagner: Programma de observanda in scientia naturali methodo electiva : quo ad audiendos praelectiones physicas privatas studiosi peramice invitantur

Rudolf Christian Wagner: Programma festo Michaelis. VD17 1:074359Q

Rudolf Christian Wagner: Programma festo Michaelis archangeli. VD17 1:074359Q

Rudolf Christian Wagner: De Progressu Parallelo Analyseos Et Praxeos Mathematicae Programma

Rudolf Christian Wagner: De geometriae, speciatim vero puncti in scientia naturali Usu

## Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Memoriam Viri Amplissimi Atqve Experientissimi Rvdolphi Christiani Wagneri Philos. Ac Med. Doctoris Mathematvm Et Physices P. P. O. Ordinis Philosophorvm Svbsenioris Meritissimi D. VI. Aprilis MDCCXXXXI. Pie Placideqve Defvncti Civibvs Svis Commendan, 06.04.1741

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | |
| Text | Continuatio commentationum publicarum in B. Feldeni doctrinam Sphaericam / Mense Iulio. d.2.♃ Erat Festum visitationis Mariae. / die 3♀. parte II. capitulo IVtum de circulis maioribus externis et immobilibus exposui. / [}] die 6☾.[et] die 7.♂ erat mercatus oppidanus.[/}] / [}] die 9.♃ [et] die 10♀ Capitulo Vto circulorum declinationis latitudinis, azimuthalis, positionis et elevationis; capitulo VIto parallelorum aequatoris, tropicorum utpote et polare; capitulo VIImo longitudinum et almucantarath rationes ostendi. [/}] / [}] die 13.☾ [,] die 14.♂[,] die16.♃ [et] die17.♀ parte IIItia capitulo I. affectiones et passiones primi motus nobiliores, ab Astronomis observatas, et per circulos superius memoratos demonstratas, explanavi.[/}] / [}] die 20. ☾[,] d.21.♂[,] d.23.♃ [et]d.24♀ Capitulo IIdo de affectionibus vulgaribus, et quae ultro etiam Astronomiae minus gnavis apparent fuit dictum / die 27.☾ parte IV.ta capitulis I.mi problemata Ima. globus ad usum fuit praeparatus Theoremata I. de ubique locorum patente et latente dimidiu coeli parte explicatum et problemata II. verus locus ☼is ad datum quemcunq. diem in horizontis limbo inquisitur. / die 28.♂ problemata III. eundem ex versu quodam memoriali investigavi et problemate IVto longitudines et latitudines certarum stellarum, in globo inscriptarum, determinavi. / die 30.♃. Erat mutatio Vice- Rectoratus. die 31.♀ problemate Vto ex cognita declinatione et ascensione recta dati cuiusdam puncti eiusdem longitudinem et latitudinem commonstravi. Problemate VI.to locum ☼is in Zodiaco, ex ascensione recta ejusdem; et problemate VII eundem ex data declinatione ipsius et anni quarta scrutatus sum.[v] / Mense August / die 3.☾ dati loci ☼is vel cuiusvis stellae locus oppositus problemate VIII; declinatio vero et ascensio recta problemate IX fuit inquisita. / die 4.♂ iuxta problema IX ex longitudine et latitudine stellae cuiusdam cognitis, declinationem et ascensionem eiusdem ostendi, et theoremate IIdem de variante in diversis Sphaeris ortu et occasu siderum explicavi. / die 6.♃ Loci ☼is vel stellae ascensionem vel descensionem obliquam ad quamcunque elevationem problemate XImo; excognitis vero ascensione recta et declinatione ascensionem obliquam et differentiam ascensionalem problemate XIImo determinavi. / die 7.♀ Hisce ascensionibus |

vel descensionibus obliquis datis punctum eclipticae una ascendens vel descendens problemate XIII; amplitudinem vero ortivam et occiduam dati cuiusvis puncti problemate XIVto indagavi. / die 10.☾. Altitudinem meridianam et distantiam a vertice in dato loco, tum problemate XVto tum problemate XVIto ex cognita ipsius declinatione, indicavi. / die 11. ♂.Ex datis elevatione poli et altitudine meridiana stellae declinationem eiusdem ostendi problemate XVII. Gradus aequatoris vero in horas, et vice versa, commutavi problemate XVIII. / die 13.♃. ☼is vel stellae ante et pomeridianam altitudinem problemate XIX. azimuth vero problemate XX exhibui. / die 14.♀. Latitudinem loci et elevationem poli ratione quantitatis convenire theoremate III. demonstravi, et arcam semidiurnum stellae vel loci ☼is sub data elevatione poli, determinavi problemate XXI. / [}] die 28.♀ [et] die 31.☾. post nundinas Brunsvicenses seposito, quod peculiarem globi praeparationem requirebat problemate XXII usque ad capitulum IVti problemate II; capitulo IIdo. de ortu et occasu poetico tum per globum tum trigonometricam Sphaericam determinandis egi, problemate I et IIdo. / [78r] Mense Septembri / [}] die 1.♂ [et] die 2. de quantitate diei naturalis theoremate Imo. deque huius determinatione problemate I. disserui. [/}] / die 4.♀. Theorematibus. IIdo de aequinoctio in Sphaera vecta perpetuo; III.tio de duobus aequinoctiis in Sphaera obliqua dixi tempora eorum inquisivi problemate IIdo. et de diebus in Sphaera obliqua in aequalibus egi theoremate IVto. / [}] die 7.☾. [et] die 8.♂ Erat mercatus oppidanus.[/}] / die 10. ♃ de die longissimo et brevissimo in hac Sphaera theoremate Vto. de diei artificialis in parallela sphaera quantitate theoremate VI.to fuit dictum. / die 11.♀. Theoremate VII. de die unico naturali in hac sphaera fuit explicatum, et problemate IIdo hora ortus et occasus ☼is, datoquolibet die inquisita / [}] d.14.☾ et die 15.♂. ortus et occasus stellae hora ex globo fuit indicata problemate III; et hora inaequalis, aequali diei vel noctis data respondens, determinata problemate IV. / die 17. ♃ problemate Vto. ex altitudine ☼is vel stellae horum diei vel noctis aequalem cognoscendam dedi. / die 18.♀ Auroras et crepuscula datorum dierum indicavi problemate VIto. / [}] die 21.☾ [et] die 22. ♂de thematibus coeli, varia via determinandis, disserui, et quomodo tale, ad datum quodcunque tempus secundum modum Regiomontani rationalem erigendum sit, commonstravi. / die 24.♃ problemate XXII. partis IV.tae ex ratione superius allegata sepositum de elevatione poli supra circulum positionis cuiusvis stellae indaganda absolvi. / [}] die 25 ♀ [et] die 28☾ de directionibus Astrologorum occasion problematis IIdi.egi, et quomodo significatores ad promissores suos sint dirigendi ostendi. [/}] / die 29.♂ Erat Festum Archangelo Michaeli sacrum. [78 v] Reliquis diebus extrordinariis ☿ii et ♄ni favente aeris temperie in Problematibus Geometriae practicae Feldenianae ulterius sum progressus, et quidem / Mense Iulio/ die I.☿ Altitudines accessas ex propositione XII. et XIII. capituli IIItii partis posterioris et calculo et mensula; per hora 2. / die 4.♄ Umbrae vero et baculi erecti ope problema XIV et XV definivi. horas 2. / die 8.☿ Altitudines inaccessas ex propositionibus XVIII. [,] XIX.[,] XX et XXI. per calculum, mensulam et baculum determinatas dedi. horis 3. / die 11.♄ Ex data altitudine distantiam eius a dato loco et calculo et mensula propositione XXII et XXIII horis 2; die 18♄ Altitudinem vero in monte sitam propositione XXIV indicavi horis 2. / die 25.♄. Calculo trigonometrico duorum locorum inaccessorum distantias inquisivi propositione XXVII et ope mensulae propositione XXVIII. horis 3. / die 29.☿ propositionibus XXIX et XXX. ex duabus stationibus multorum locorum

| | |
|---|---|
| | distantias determinavi iisdem rationibus. horis 3. / Mense Avgvsto. die I. ♄ Latitudines fossarum et fluminum indicavi problemate XXI. horis 2. / die 5.☿ propositione XXXII. profunditatem putei investigavi per calculum trigonometricum hora 1. / die 8. ♄ profunditatem datam ex turris fenestris duabus sub se invicem collocatis definivi hora I. / die 26.☿ An aqua ex fonte in datum locum duci queat scrutatus sum. horis 2. / Mense Septembri / die 2.☿ Ex capitulo IV. propositionis X. agrum delineavi eiusque aream exhibui horis 3. / die 5. ♄ propositione XI. agrum alium et rectis et curvis lineis terminatum dilineavi horis. 2. / die 12. ♄ aream agri sine calculo determinavi propositione XII horis 2. / die 19 ♄. Sylvam in charta permensulam designavi. horis 4. / die 23.☿.Aliam talem ope instrumenti transportatorii delineavi horis 4. atque hac ratione praelectiones hasce Geometricas cum deo ad finem perduxi. Rudolphus Christianus Wagner. Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol. 22-23; Fol.77-78 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 05.12.1701–23.12.1701 |
| Text | Praelectionum astronomicarum de systematibus mundi / Die 5 Decembris B. C. D. coeptarum series. / ♃ Die 10 Novembris Praemissa fuit more consueto oratio solennis de felici matheseos et medicinae coniugio, seu, de utilitatibus ex notitia matheseos in artem medicam redundantibus. / Constituta mihi ab ordine philosophorum post distractionem bibliothecae Calixtinae, pro commentationibus publicis hora, a VIIma ad VIIIvam antemeridiana. / ♃ Die 1 Decembris In publicam emittebatur de analyseos et praxeos mathematicae progressu parallelo programma. / ☾ Die 5 Decembris Oratione prooemiali causas, ob quas ab astronomicis primodia duxerim, dixi. / ♂ Die 6 Decembris De definitione ac divisione systematum fuit actum. / ♃ Die 8 Decembris Fata systematum recensita sunt, addita que methodus in his discursibus dehinc servanda. / ♀ Die 9 Decembris A caldaeorum ac Ægyptionum systematibus sum exorsus. / [v] / ☾ Die 12 Decembris Rationes eorum pro immobilitate terrae recensui. / ♂ Die 13 Decembris Pythagorium systema, praemittens autoris, secundum morem in sequentibus etiam observatum, ex historia philosophica vitam, proposui. / ♃ Die 15 Decembris De Pythagorium philolai, aristarchi, heraclidis ac ecphanti systemate disserui. / ♀ Die 16 Decembris In eadem denuo sum progressus, et in platonicum commentari coepi. / ☾ Die 19 Decembris Plationici huius uberiorem descriptionem dedi, quod / ♂ Die 20 Decembris Ad finem perduxi. / ♃ Die 22 Decembri Systema Endoxi, Calippi, et Aristotelis sum aggresus, et / ♀ Die 23 Decembris Endoxi placita ex mente Aristotelis exposui. / Succedebat sacrum restitutori salutis nostrae festum. / Rudolph Christian Wagner Professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 80 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 09.01.1702–31.03.1702 |
| Text | Praelectionum publicarum in tractatione de mundi systematibus continuatio / Anno 1702 / MENSE IANUARIO / Die 9 ☽ Januarii Quae in syntaxi Eudoxi restabant, absolvi. / Die 10 ♂ Januarii Calippi et Aristotelis asserta, circa hanc hypothesin, demonstravi. / Die 12 ♃ Ianuarii Systematum absurdorum quorundam, occasione Xenocratici, historiam agressuss sum, recensitis Xenocratis, Anaximandri, Metrodori atque cratetis vitis. / Die 13 ♀ Ianuarii Systematis rustico-poëtici delineationem, ac descriptionem, dedi. / Die 16 ☽ |

Ianuarii Ad systematum post Christum natum tractationem accessi, ductis a Ptolemaico primordiis. / Die 17 ♂ Ianuarii Argumentorum pro immobilitate terrae à Ptolemaeo, eiusque tum antecessoribus, tum sectatoribus, adductorum seriem sum exorsus, recensito primo, ex natura motus gravium et levium desumto. / Die 19 ♃ Ianuarii Eiusdem argumenti rationem ex Iohannis de Sacro Boseo de Sphaera libro atuli, eiusque expositionem, uberiorumque deductionem per Clavium datam, offere coepi. / Die 20 ♀ Ianuarii Absolutis Clavii pro hoc argumento rationibus, novum Aristotelis argumentum ex modo motus gravium, qui sit per lineam rectam, explicavi. / Die 23 ☽ Ianuarii Iohannis Baptistae Riccioli sententiam, a brevitate et compendio itineris pro immobilitate terrae concludentem, adduxi. / Die 24 ♂ Ianuarii Alterum eius, a simplicitate motus gravium desumtum assertum, recensui. / Die 26 ♃ Ianuarii et Die 27 ♀ Ianuarii Argumenta tria nimirum a linearum figurarum mensurarumque confusione, et bina alia ex natura gravium desumta proposui. / Die 30 Ianuarii Quae ad argumentum, ex gravium descensus prope terram velocitate concludens, praerequirebantur explicavi, ubi et / Die 31 ♂ Ianuarii Classes experimentorum potissimorum a Ricciolo et aliis, pro hoc impetus incremento, institutorum recensui et examinavi. / MENSE FEBRUARIO / Die 3 ♀ Februario Argumentum ipsum proposui, et ex Ptolemaicorum placitis probavi. / Die 17 ♀ Februario Post ferias nundinales argumentum Aristotelis, ex sempiternitate mundi, pro quiete terrae e centro mundi argumentantis, adduxi. / Die 20 ☽ Februari Eiusdem aliud, ab experientia observationum, tot annorum serie circa stellas fixas institutarum idem concludens, expendi. Pocco / Die 21 ♂ Februario et 23 ♃ Februario super ea, quae a vicissitudine dierum ac noctium, non minus a stellis fixis ex puteo interdiu spectatis, ut et a magnitudine apparenti stellarum, ab umbris Gnomonum, et ex observantibus eclipsium lunarium in medium proferuntur, sum commentatus. Quibus / Die 24 ♀ Februario tum illud, quod eclipsi miraculosa solis, tempore mortis Christi, pro medio termino demonstrationis utitur, tum, quod absurda et falsa, quae essent secutura, contra motae terrae sententiam producitur, insuper addidi. / Die 27 ☽ Februario et Die 28 ♂ Februario Argumentum ultimum, quod tum autoritati scriptura sacra, tum sanctorum patrum consensui et celeberrimorum, qui ante et post Ptolemaei tempora vixerant, Astronomorum consensui est inaedifica / MENSE MARTIO / Die 2 ♃ Martii tum deduxi. / [v] / Die 3 ♀ Martii In explicanda thesi, sum progessus, et rationes, quae pro ordine planetarum in systemate ptolemacio sic, et non aliter, constituendo adducuntur, explicavi. / Die 6 ☽ Martii Distantiis planetarum, ubi ex calculo datorum Ptolemaicorum ab autoribus indicatae cernuntur, in tabulam peculiarem conjectis, thesi 12 et 13 ª allegavi autores, qui quidem in retinenda terra pro centro mundi a Ptolemaeo haud abiere, coelorum tamen ordinem partim immutarunt, partim mulitplicaverunt. / Die 7 ♂ Martii Thesi 14ta quomodo insequenti tempore iam tum ab Alphetragio loco motus stellarum proprii, informiter difformis motus communis, secu [?] earum tardior ad eundem meridianum appuliai [?] fuerit substitutus, deduxi. / Die 9 ♃ Martii De motu coelorum, eorumque motoribus, occasione huius theseos, mihi fuit dicendum. / Die 10 ♀ Martii in thesi 15ta rationem, tum omnium diffusissimi scholasticorum systematis, tum ab eo in paucis diversorum Pontifii ac Eustachiani, proposui atque hanc ipsam, postquam valetudinem et febris ardentis obortum impetum. / Die 13 ☽ Martii et Die 14 ♂ Martii } Praelectiones fuerunt differendae. / Die 16 ♃ Martii et Die

17 ♀ Martii Dedi explicatam. / Die 20 ☽ et Die 21 ♂ Martii Confestibus publicis interfui. / Die 23 ♃ Martii Systema Nicolai Copernici, cui seculo ante alter Nicolaus, Cusanus nomine, iam tum praeluserat, cum additione Cartesiana, recensitis autorum vitis, sum exorsus. / Die 24 ♀ Martii Motum terrae primum vertiginis, et secundum circumlationis, ex Copernicanorum mente explicavi. / Die 27 ☽ Martii Effectus motus secundi minimum annui terrae in plurimis phaenomenis ostendi. / Die 28 ♂ Martii Motum terrae tertium, inclinationis, commentationibus illustravi, atque argumentorum pro terra motu diurno primum, a figura terrae concludens, recensui. / Die 30 ♃ Martii Argumenta IIdum, IIItum, IVtum ac Vtum partim ab impotentia, ac exilitate terrae, partim a proportione motuum terrae et sphaerae stellarum fixarum desumta, demonstravi. / Die 31 ♀ Ob iter necessarium lectio publica fuit differenda. / Rudolphus Christianus Wagner / Mathematices Professor Publicus et Ordinarius

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 89 |
| Zeitraum | 28.04.1702–30.06.1702 |
| Text | CONTINUATIO PRÆLECTIONUM PUBLICARUM DE SYSTEMATIBUS MUNDI / MENSE APRILI / Post nundinas sacra Paschalia, et auctio publica. / Die 28 ♀ Argumentum VItum pro hypothesi Copernicana a ratione loci et locati cum fundamento eiusdem in Copernicus Revol. liber 1 caput 5 sito expendi et demonstravi. / MENSE MAIO / Die 2 ♂ Argumentum VIImum a fluiditate coeli, constantem tamen distantiam inter stellas fixas servantis; IIXvum ab indigentia telluris, obvertendi quodlibet eius punctum versus astra; et IXnum a repugnantia motuum duorum diversorum in eodem subiecto depromta, adduxi et explicavi. / Die 4 ♃ Super argumentum Xmum a cometis, pro evincenda veritate hypotheseos Copernicanae desumtum, et / Die 5 ♀ XInum a vento perpetuo et aequali intra Tropicos flante sum commentatus. / Die 8 ☽ Argumentorum pro motu telluris annuo seriem sum exorsus, proposito XIImo a nobilitate solis, tanquam fonte luminis et caloris, motus, centro systematis planetarii atque mole terram multis modis excedente. / [v] / Die 9 ♂ XIIIum a distinctione coelorum; et XIVtum ab insignibus utilitatibus, quibus prae altera gaudet haec hypothesis, in variis circa motus planetarum phaenomenis procedentia, deduxi. / Die 11 ♃ XVtum a mutatione lineae meredianae et altitudine poli ex mente tamen aliquot saltim Astronomorum concludens expendi, addito XVIto a motu macularum solis terrae motum annuum urgente. / Die 12 ♀ et Die 15 ☽ Robur argumenti XVIIImi ex aestu maris pro veritate systematis Copernicani pugnantis demonstravi. / Die 16 ♂ Quomodo Copernicani singula scripturae sacrae loca ex quibus potissimum veritatem huius hypotheseos destruere adversarii conantur, cum placitis suis conciliare noscant, ostendi. / Die 18 ♃ et Die 19 ♀ Quantam haec hypothesis ex elementis ac vorticibus Cartesianis nacta fuerit accesionem et ulteriorum expolitionem, explicavi. / Die 22 ☽ Negotium hoc per sacra publica intercipiebatur. / Die 23 ♂ Exhibita in tabula singulorum planetarum a terrae centro ex datis Copernici distantia maxima media ac minima, adducti sunt autores huic sententiae subscribentes. / Die 25 ♃ Erat festum ascensionis Domini, in quo tamen circa horam secundam matutinam observationes ♂ ♄ et ♃ per sequentes noctes continuate cum comilitionibus, primordia sua capiebant. / [91r] / Die 26 ♀ Thesi 17ma systematis Tychonici ratio |

proponebatur, recensita huius autoris quoque vita et scriptis. / Die 29 ☽ Adductis eodem modo et Origani et Longomontani ut et Riccioli, qui paulo ab eiusdem placitis recesserant vitis, argumento Imo quaecumque ab eiaculatis versus Orientem et Occidentem tormentorum globis experimenta Tychonica in scriptis eius prostabant, inserui. / Die 30 ♂ Argumentum IIdum Tychonicum ab eiaculatione globi perpendiculari examinavi, adducta Tychonica Ptolemaici emendatione. / MENSE IUNIO / Die 1 ♃ Rationes, ob quas Origanus, Longomontanus, Guilielmus Gilbertus et Argolus a Tychone secessum fecerant, expendi. / Die 2 ♀ Systematis semitychonici, quod Ricciolus proposuit, data delineatione, et adductis emendationis creditae rationibus, ut et exhibitis pariter in tabula distantiis stellarum a Terra Tychonicis, thesis 18va de reliquis systematibus, quae vel adusque huc recensita facili negotio reducenda, vel plane nova, et partim nondum, partim sine applausu Astronomorum evulgata sunt disserui, et huic commentationi, actis divino numini gratiis, colophonem imposui. / Sequebantur feriae Pentecostales. / [91v] / Finitis feriis novam aggressus sum tractationem in catalogo lectionum indicatam. / Die 16 ♀ Praelectionibus publicis de coniunctionibus trium planetarum superiorum ♄ ♃ et ♂ praemissa fuit oratio proaemialis de caelestibus phaenomenis, ad quae mentes oculique humani prae caeteris eriguntur. / Die 19 ☽ Aducta harum commentationum dispositione thesi Ima coniunctionis planetarum in genere exhibebatur. / Die 20 ♂ et Die 22 ♃ Divisio conunctionum generalis, huiusque divisionis fundamenta thesi IIda proponebantur; cui thesi IIItia divisio planetarum superiorum speciatim, eiusque fundamentum, in quator triplicitatibus ignea, terrea, aerea et aquea positum subiungebatur. / Die 23 ♀ Quae ad triplicates hasce intelligendas ex astronomicis scitu necessaria erant, explicabantur. / Die 26 ☽ Iohannis Baptistae Morini, percelebris Astrologi rationes de coelo pro causa omnium prima et universalissima in efficientibus physicis constituenda explicabantur et quomodo divisionis coeli in 12 partes aequales fundamentum ab ipsa natura fuerit suppeditatum ex sententia eius ostendebatur. / Die 27♂ et Die 29 ♃ Quomodo et ex quibus causis 4 triplicatum initia in 4 punctis cardinatibus ♈ ♎ ♋ ♑ constituantur ab astrologis demonstravi. / Die 30 ♀ Quomodo Astrologi in coordinatione coniunctionum, et quare a se invicem secedant in thesi IVta exposui, adiecta coniunctionum magnarum definitione. / Rudolphus Christianus Wagner / Mathematices Professor Publicus et Ordinarius

Quelle 37 Alt 2531, Fol. 90 f.

Zeitraum 03.07.1702–29.09.1702

Text CONTINUATIO PRÆLECTIONUM de Coniunctionibus Planetarum / MENSE IULIO 1702 / Die 3 ☽ et Die 4 ♂ } In explicatione theseos 4ta sum progressus, et occasione eiusdem de differentibus stellarum motibus verba feci. / Die 6 ♃ Quomodo tempus revolutionis coniunctionum magnarum modo simpliciori et faciliori definiendum sit, demonstravi. / Diebus 7 ♀, 10 ☽, 11 ♂, 13 ♃ [et] 14 ♀ } Modum alterum accuratiorem sed et difficiliorem declaravi, quaeque pro hisce necessaria erant logisticae sexagenariae adminicula dedi explicata, et tandem. / Die 17 ☽ Quomodo tempus hoc vel in annis Ægyptiacis vel in Iulianis sit exprimendum, ostendi. / Die 18 ♂ Secundum ductum theseos 5tae causam exponere incepi, ob quam coniunctiones magnae ad alia atque alia

Zodiaci loca transeant. / Die 20 ♃ Erat mutatio Vice Rectoratus. / Die 21 ♀ Consistorium publicum praelectiones publicas intercipiebat. / Die 24 ☽ et Die 25 ♂ Quomodo loca coniunctionum magnarum non praecise triente circuli, seu 120 gradibus sed 117 gradibus saltem distent ut et qua ratione haec distantia sit invenienda, commonstravi, et quid coniunctio maior sit, exposui. / Die 27 ♃ et Die 28 ♀ Fundamentum maximarum coniunctionum et harum naturam in thesi 6ta proposui et explicavi. / [v] / Die 31 ☽ et / MENSE AUGUSTO / Die 1 ♂ et Die 3 ♃ In thesi 7ma pro cognoscendis effectibus, qui coniunctionibus singulis ab Astrologis adiudicantur, de influxibus stellarum ex Astrologorum mente disserui, atque argumenta pro influxibus facientia recensui. / Die 4 ♀ et Die 7 ☽ In specie de influxibus planetarum fuit actum. / Die 8 ♂ Quomodo hae planetarum vires diversis ex causis intendantur et imminuantur ex placitis Astrologorum demonstravi. / Die 10 ♃ Schematismis dilucidavi, et in tabula quasdam qualitates planetarum exhibui. / Die 29 ♂ et Die 31 ♃ Post Nundinas Brunsvicenses super influentias fixarum sum commentatus, atque. / MENSE SEPTEMBRI / Die 1 ♀ Quomodo per hos fixarum influxus planetarum vires vel infringantur vel adiuventur, demonstravi. / Diebus 4 ☽, 5 ♂, 7 ♃ [et] 8 ♀ In thesi 8va qua ratione in his omnibus fallant et fallantur Astrologi, ex mente hodiernorum / [93r] / celeberrimorum Astronomorum demonstravi, et quod ab influxu luminarum ad reliquorum planetarum et stellarum fixarum influxus non valeat consequentia, expositis causis ostendi. / Die 11 ☽, Die 12 ♂, Die 14 ♃ [et] Die 15 ♀ } In thesi 9na haec ipsa ad nostrum scopum fuere applicata, et quae Astrologie in specie de coniunctionum singularum influxu solent in scriptis tradere, examinata. / Die 18 ☽, Die 19 ♂, Die 21 ♃, Die 22 ♀, Die 25 ☽ [et] Die 26 ♂ Cum pro formando, de coniunctionis Saturni et Iovis nostrae praesentis efficacia, iudicio electio thematis coelestis, ad inventum coniunctionis tempus, fuerit neccesaria, modos ostendi varios electionis harum figurarum coelestium, thesi 10mae insertarum [?]. / Die 28 ♃ Ob usum medicamenti lectio publica fuit differenda. / Dies 29 ♀ Erat festum Sancti Michaëlis. / Rudolphus Christianus Wagner / Mathematices Professor Publicus et Ordinarius

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 92 f.; Fol. 92 f. |
| Zeitraum | 02.10.1702–22.12.1702 |
| Text | Continuatio Praelectionum de Coniunctionibus Planetarum / Mense Octobri 1702 / Die 2 ☽ Postquam in praecedentibus modos varios partim faciliores partim difficiliores erigendi themata seu figura coeli monstraveram, illum quoque, qui rationalis a Regiomontano vocatur, explicavi, et quomodo beneficio globi coelestis repraesentandus sit, demonstravi. / Die 3 ♂ In exemplo argumenti nostri, de coniunctione magna Saturni et Jovis, quomodo tempus praeparandum et (1) civile in astronomicum convertendum, postea (2) aequandum, atque / Die 5 ♃ Quomodo (3) à meridiano quocunque dato ad nostrum reducendum differentia que longitudinis in tempus mutanda sit, ostendi. / Die 6 ♀ Qua ratione, pro determinandis ad datum tempus locis planetarum, motus longitudinis diurnus planetarum, beneficio Ephemeridum inveniatur, commonstravi. / Die 9 ☽, Die 10 ♂ [et] 12 } ♃ Rationem, qua pars proportionalis, horis residuis, in singulis planetis, conveniens inquiratur, edocui. / [v] / Die 13 ♀ Ex motu planetarum in latitudinem diurno, |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Ephemeridum ope, partem proportionalem singulis accomodam cum auditoribus investigavi. / Die 16 ☽ [et] Die 17 } ♂ Pro praelectionibus hisce eodem mense ad finem perducendis, binis de die horis, qua ratione iuxta formam rationalem Regiomontani thema coeli e tabulis directionum et beneficio Ascensionum erigendum sit, ostendi. / Die 19 ♃ Figuram coeli ex tabulis domorum Argolianis delineavi. / Die 20 ♀ [et] Die 23 } ☽ Quomodo speculum Astrologicum, pro determinandis fortitudinibus et debilitatibus planetarum, formandum sit, commonstravi. / Die 24 ♂, Die 26 ♃ [et] Die 27 ♀ } Iudicium de coniunctione illa, ad mentem Astrologorum ex variis capitibus, verbi gratia natura planetarum et radiis ad hos ipsos directas, formavi, et effectus, tum in naturalibus tum in politicis ab Astrologis forte praedictos vel praedicendos, adduxi, atque his commentationibus, actis divino Numini gratiis decentibus, colophonem imposui. / [95r] / Die 31 ♂ Iter ad contrahendas nuptias institui, quod ipsum negotium sontica utut est causa, ob quam lectiones publicas per tempus aliquod differre vel ex clementissima serenissimorum DOMINORUM NUTRITORUM concessione licet, quantum tamen potui, operam dedi, ut nihilosecius muneri meo satisfacerem. Hoc enim fine in iis non modo feriis, quae Michaëlis festum sequuntur, labores meos publicos ante continuavi. Sed et binis de die horis per duas hebdomades iisdem postmodum vacavi. Primis autem Mensis Decembris diebus ad Ecclipsium doctrinam facientia collegi. / Praeletionum de Ecclipsibus Series. / Mense Decembri / Die 12 ♂ Praemissa prooemii loco commentatione huius argumenti in doctrina hac secundum ductum tabularum schmidianarum de coordinatione Tabula I generalis, huiusque ratione disserui atque definiti seu Ecclipseos vocabulum explicavi. / [95v] / Die 14 ♃ Definitionem generalem Ecclipsium exposui. / Die 15 ♀ Causas Ecclipsium tum falsas tum veras ab Autore allatas ut et alias recensui. / Die 18 ☽ De terminis ecclipticis cum possibilibus tum necessariis disserui, adhibitis pro his ipsis Schematismis necessariis. / Die 19 ♂ De magnitudine et duratione Ecclipsium egi, et quomodo utraque colligatur in genere, ostendi. / Die 21 ♃ [et] Die 22 ♀ } Species Ecclipsium, et (1) eam, quae est ratione quantitatis dilucidavi, ac Schema et pro partialibus et pro totalibus declineavi. / Sequebantur Feriae Natalitiae. / Rudolphus Christianus Wagner, Rudolphus Christianus Wagner / Mathematices Professor Publicus et Ordinarius |
| Quelle | 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 94 f.; Fol. 98 f. |
| Zeitraum | 03.01.1703–30.03.1703 |
| Text | Praelectionum de Eclipsibus continuatarum series. / Mense Ianuario 1703 / Die 3 ☿ In turri Collegii nostri eclipsim lunarem observavi atque praesentibus eandem ad oculum, ab initio ad occultationem lunae usque, demonstravi. / Die 5 ♀ Observatam delineatamque in tabula publica exhibui. / Die 12 ♀ Rarius cum eadem foret, illam eandem discursibus illustravi. / Dies 15 ☽ De eclipsibus partialibus, quae restabant absolvi. / Die 16 ♂ De specie eclipsium quae est ratione qualitatis disserui, verarum, ut et apparentium, rationem explanando. / Die 18 ♃ Actum circa eclipses antecedentem, sive praevisionem demonstravi. / Die 19 ♀ De secundo concomitante, nempe observatione, egi. / Die 22 ☽ Usus eclipsium, Theologicum, Moralem, et Geographicum docui. / Die 23 ♂ Chronologicum Physicum ac Politicum addidi. / Die 25 ♃ Dies mutationi Vice-Rectoratus sacer erat. / Die 26 ♀ Usum Astrologicum exponere |

incepi, atque ut idem in exemplo melius pateret, de praeterito deliquio lunari iudicium ex Astrolgorum mente formaturus, quomodo tempus eclipseos ad negotium hoc praeparandum sit, comministravi. / [v] / Die 29 ☽ Quomodo loca planetarum et ☊is ex ephemeredibus excerpta ad datum tempus, beneficio partis proportionalis, sint accommodanda, ostendi, a ♄ni at ♃ris locis facto initio. / Die 30 ♂ Loca ♂is, ☉is, et ♀is investigavi. / Mense Februario / Die 1 ♃ Erat disputatio inauguralis theologica. / Die 2 ♀ Festum purificationis Mariae celebrabatur. / Die 15 ♃ Post nundinas Brunsvicenses ☿rii ☽ae et ☊is loca determinavi. / Die 16 ♀ In motu latitudinis planetarum ad datum tempus definiendo fui occupatus. / Die 19 ☽ Qua ratione Thema coeli ad datum eclipseos tempus beneficio globi coelestis erigi debeat ostendi. / Die 20 ♂ Modum construendi thema nostrum per tabulas domorum, communicavi. / Die 22 ♃ [et] Die 23 ♀ } Modum tertium, ascensionum ope absolvendum, explicui. / Die 26 ☽ Pro domo [?] eclipseos, secundum Ptolemoi praecepta notanda, fortitudines et debilitates planetarum inquisiturus, à ♄no primos deduxi. / [98r] / Die 27 ♂ Et porro. / Mense Martio. / Die 1 ♃ ac Die 2 ♀ } Testimonia fortitudinum et debilitatum ♃is, ♂is, ♀ris et ☿rii pariter collegi, atque Ptolemai reliquas regulas, ad domus [?] eclipseos electionem facientes, explanavi. / Die 5 ☽, Die 6 ♂ [et] Die 8 ♃ } Explicatis iis, quae ex asterismo, signo Zodiaci, loco eclipseos, quantitate, colore, stellarum fixarum positu, in huius deliquii exemplo colligerent ac pronuntiarent Astrologi, iudicium de initio et fine, adeoque duratione effectuum, secundum placita eorum consignavi Tabulam 1 generalem absolvi. / Die 9 ♀ De eclipsibus ☉is ad ductum Tabulae IIdae disserere sum exorsus, et monstrata coordinatione huius, definitione ☉rium, tum essentialem tum causalem tum ex utrisque compositam, cum causis falsis antiquorum lustravi. / Die 12 ☽ Causam veram argumentis deduxi, et confirmavi. / Die 13 ♂ De tempore deliquiorum solarium, ut et de terminis eclipticis egi. / Die 15 ♃ Discursum de terminis eclipticis continuavi, atque Tabulam de hisce, pro diversa Autorum sententia suppeditari, explicavi. / [98v] / Die 16 ♀ De magnitudine ☉rium eclipsium verba feci, ut et durationem earundem explanare incepi. / Die 19 ☽ Quae restabant, ad finem perduxi, traditis interum in tabula discrepantibus de hac auctorum sententiis. / Die 20 ♂ De speciebus ☉rium deliquiorum ita dixi, ut doctrinam de totalibus absolverem. / Die 22 ♃ Partialium rationem proposui, ut et quare non nisi particulares dentur ☉is eclipses, demonstravi. / Die 23 ♀ De extraordinariis ☉ribus egi, et momenta eclipseos in agone Christi obortam ad potissimam partem suppeditavi. / Die 26 ☽ et Die 27 ♂ } Erat mercatus oppidanus. / Die 29 ♃ Quae in miraculosae illius extraordinariae iam nominate eclipseos momentis restabant, absolvi et super extraordinarias, a causa accidentali factas sum commentatus. / Die 30 ♀ Quomodo praevisio eclipsium ☉rium procedat, declaravi. / Rudolphus Christianus Wagner Professor publicus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 97 f. |
| Zeitraum | 02.04.1703–30.06.1703 |
| Text | Praelectionum de Eclipsibus continuatio. / Mense Aprili 1703 / Die 2 ☽ Quomodo observatio eclipsium ☉arium, vulgaris et accuratior, instituenda sit, explicavi. / Die 3 ♂ De usu eclipsium ☉arium vario disserui, et, quomodo in superioribus, de usu eclipsium in genere tradita, ☉aribus in specie sint |

applicanda, ostendi. / Die 17 ♂ Ad explicationem eclipsium ☽arium secundum Tabularum tertiam transii, et, lustrata totius Tabulae coordinatione, essentialem causalem, atque ex utrisque conflatam perfectam, explanavi. / Die 19 ♃ Auctio quaedam librorum publica primordia capiebat cum verò haec ipsa, hora demum IXna incipiens, remoram commentationibus publicis haud poneret, idpropter in iisdem sum progressus, et conside / [v] / ratis causis deliquorum falsis et fictis, veram et genuinam exposui, rationibusque compluribus corroboravi. / Die 20 ♀ De tempore eclipsium ☽arium, ut et de terminis eclipticis disserui. / Die 23 ☽ Quae de terminis his porro dicenda erant, addidi atque terminorum eclipticorum, tum possibilium tum necessariorum secundum autores diversos variam quantitatem in tabula exhibui. / Die 24 ♂ et Die 26 ♃ } Quomodo, et quibus ex causis ☽arium eclipsium tum magnitudo, tum duratio variet, qua mensura et quibus partibus aestimentur, commonstravi. / Die 27 ♀ Discursum hunc absolvi, atque in tabula diversam, de duratione Eclipsium ☽arium maxima, autorum sententiam proposui. / Die 30 ☽ De variis eclipsium ☽arium Speciebus verba feci, et causam, ob quam omnes sint universales indicavi. / Mense Maio / Die 1 ♂ Quaenam ratio et praevisio, et observatio earundem vulgaris procedat, ostendi. / Die 3 ♃ Observationis accuratae methodum explicavi, et quoniam usus harum eclipsium / [100r] / in fine tabulae generalis prima in exemplo erat ostensus, finita hac, tabulae IVta de eclipsibus Terrae, constructionem illustravi. / Die 4 ♀ Expositis definitionibus eclipsium terrae, essentiali, causali et perfecta, causam harum indicavi, et argumentis idoneis confirmavi. / Die 7 ☽ De tempore illarum, ut et de terminis eclipticis dixi, variasque iterum horum quantitates, secundum diversos autorum calculos in tabula suppeditavi. / Die 8 ♂ Magnitudinem, ut et durationem illarum, eodem modo explanavi. / Die 10 ♃ Species eclipsium terrae, ratione quantitatis et modi, tradidi. / Die 11 ♀ Quae de praevisione, ut et observatione harum dicenda erant, addidi, et modum, terrae loca ab eclipseos terrenae phasibus occupata determinandi, ostendi. / Die 14 ☽ Divinum Numen pro avertenda annonae caritate precibus publicis implorabatur. / Die 15 ♂ Pro intelligendis iis quae de reliquis eclipsibus et occultationibus in Tabula Vta occurrebant, historiam satellitum ♃vis / [100v] / et ♄ni praemisi, atque de horum inventoribus numero, situ, digressionibus et motu egi. / Die 17 ♃ Festum ascensionis Domini celebrabatur. / Die 18 ♀ Modum, et qua ratione in satellitibus iovis, in iove ipso, et in ♄no contingant eclipses, exposui, atque recentiores celeberrimorum Astronomorum, de hisce satellitibus observationes auditoribus communicavi. / Die 21 ☽ Reliquas occultationes, qua fiunt inter positione sideris inter sidus aliud et visum nostrum explicavi, atque huic de Eclipsibus tractationi finem imposui. / Mense Iunio / Ad novas praelectiones Geometricas, nimirum in P. Ign. Gast. Pardies Elementa Geometriae me composui. / Die 29 ♀ Ad observandam mecum Eclipsim lunarem totalem post horam sequentis noctis 12mam primordia capturam, studiosos in vitavi et quanquam ob coelum nubibus obsitam spe nostra frustraremus, rationem tamen huius eclipseos iisdem in loco observationis exposui, atque. / Die 30 ♄ Primaria ope calculi eura [?] momenta una cum delineatione totius deliquii in tabula publica exhibui. / Rudolf Christian Wagner Professor publicus

Quelle 37 Alt 2532, Fol. 99 f.

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.06.1703–31.08.1703 |
| Text | Praelectionibus / In P. Ing. Gast Pardies Elementa Geometriae sub mensis Iulii initium exordiundis inopinatum posuit impedimentum febris tertiana gravis dirisque comitata symtomatibus, qua correptus, nec hisce nec privatis per Iulium, Augustum ac Septembrem potui vacare laboribus. / Rudolf Christian Wagner Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 101 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 11.10.1703–21.12.1703 |
| Text | Praelectionum publicarum / in P. Ing. Gast Pardies Elementa Geometriae series / Mense Octobri 1703 / Die 11 ♃ Postquam in prooemio dictum de causis, ob quas autoris huius explicatio Euclidis illi fuit anteposita, titulum libri exposui. / Die 12 ♀ Coordinationem totius libri, eiusque rationem ostendi. / Die 15 ☽ Dies fundationi Iuliae nostrae sacer erat / Die 16 ♂ Secundum libri 1 articulos 1, 2, 3, 4 Obiectum Geometriae remotum et proximum; tria magnitudinum Genera; puncti descriptionem explanavi. / Die 18 ♃ Monstrata ex mente recentiorum Geometrarum magnitudinum genesi de divisionibus linearum, superficierum angulorumque, ut et horum magnitudine fuit actum, articulis 5-9. / Die 19 ♀ Articulis 10-21 Circumferentiae circuli genesin terminos item et proprietates arcus diametri etc. angulorumque variorum tradidi. / Die 22 ☽ Articulis 22-25 Demonstrationes de angulis continuavi, divisionemque circuli in gradus, minuta, etc. exposui. / Die 23 ♂ De lineis parallelis earumque affectionibus articulis 26-32. / Die 25 ♃ Articulo 33 et ultimo, de propositionibus conversis illarumque ratione; libri secundi de Triangulis articulos 1-2 de figuris in genere, harumque divisione fuit dictum. / Die 26 ♀ Articulis 5-10 Definitiones, divisiones, demonstrationes Triangulorum. / Die 29 ☽ Aequalium et figurarum congruarum articulis 11-14; Isoscelium articulis 15, et Die 30 ♂ 16, reliquos articulos 17, 18, 19 consideravi et explicavi. / [102v] / Mense Novembri / Die 1 ♃ Articulo 20 et ultimo de ambitu figurarum; libri tertii articulis 1-5 de figuris quadrilateris, harumque speciebus fuit dictum. / Die 2 ♀ Articulis 6-11 Paralellogrammorum affectiones dilucidavi. / Die 5 ☽ Articulis 12-15 in iisdem ulterius sum progressus, et in specie regularitatem [?] parallelogrammorum concernentia lustravi. / Die 6 ♂ Articuli 16, 17, 18 dicta etiam in triangulis succedere demonstravi, et ab articulo 19-ad finem libri de polygonis tradita exposui. / Die 8 ♃ Libri IVti de circulos articulos 1-4 terminos tangentium, segmentorum, chordarum etc., articulos 5-8 tangentium affectiones explanavi. / Die 9 ♀ Articulo 9 Vocabula secantium sinum etc. articulis 10, 11; dein angulorum ad centrum et ad peripheriam constitutorum rationem dilucidavi et demonstravi. / Die 12 ☽ et Die 13 ♂ Erat mercatus oppidanus./ Die 15 ♃ Demonstrationem superiorem absolvi, et articulos 12, 13. / Die 16 ♀ Articulis 14, 15, 16, 17 affectiones angulorum iisdem arcibus insistentium consideravi. / Die 19 ☽ Articuli 17 quod restabat absolvi, et articulos 18, 19. / Die 20 ♂ Articulos 20, 21, 22, 23. / Die 22 ♃ Articulos 24, 25. / Die 23 ♀ Articulos 26-29 / Die 26 ☽ [et] Die 27 ♂ } Articulum 30 de figuris circulo vel inscriptis, vel circumscriptis egi. / Die 29 ♃ Circulum aequalem esse triangulo rectangulo, certa ratione constructo, articulo 31 de / [103r] / monstravi, et demonstrationes per impossibile mathematicis dictas explicavi. / Die 30 ♀ Articulo eodem et ultimo, quidam Geometriam indivisibilium (cuius autorem nominavi) et quadraturam circuli sibi velint, exposui. / Mense |

| | |
|---|---|
| | Decembri / Die 3 ☽ Libri V. de solidis explanationem sum aggressus, et articulos 1-9 varias solidorum species, harumque genesin edocui. / Die 4 ♂ Cylindrorum et sphaerae illam articulis 10-14 addidi. / Die 6 ♃ Articulis 15-24 varias planorum perpendicularium et parallelorum affectiones explanavi. / Die 7 ♀ Articulis 25-34 Praeter demonstrationem de angulis planis solidum constituentibus, alias octo de parallelopipedis prismatibus etc. deduxi. / Die 10 ☽ Articulo 35 ad finem libri Vti genesin 5 corporum regularium dedi explicatam. / Die 11 ♂ Ad libri VIti de proportionibus articulis 1-6 terminos rationis, proportionis, aliaque haec facientia dilucidavi. / Die 13 ♃ Articulis 8-12. Schemata quaedam [?] dicta illustravi, et varias ex terminorum resultantes proportiones, exhibui. / [103v] / Die 14 ♀ Ob dentium dolorem lectio publica fuit differenda. / Die 17 ☽ Rationes ex aequo ordinatas ex aequo perturbatas et aeque multiplices articulis 13-16 exposui. / Die 18 ♂ Articulos 17, 18, 19. / Die 20 ♃ Articulo 20 et 21mo quomodo multiplicatio linearum per lineam procedat commonstravi. / Die 21 ♀ Erat disputatio inauguralis iuridica. / Rudolph Christian Wagner Professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 102 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 07.01.1704–18.03.1704 |
| Text | Praelectionum in Professor Ignatii Gaston Pardies Elementa Geometriae continuatio / Mense Ianuario MDCCIV / Die 7 ☽ Secundum librum sexti de proportionibus articul 23 quomodo in multiplicatione linearum, superficierum etc. para quadrata et cubi per numero; magnitudines verò quaecunque per lineas possint exprimi, articulo 24 fuit ostensum. / Die 8 ♂ Proportiones rectangulorum erga se invicem articulo 25 ut et Theorema Geometrica, rectangula esse in ratione composita laterum articulo 26 explicavi. / Die 10 ♃ Articulo 27 aequalitatem duorum rectangulorum latera reciproce proportionalia habentium et articulo 28 exinde fluens magni momenti Theorema: in quatuor magnitudinibus proportionalibus factum extremorum aequale esse facta mediorum demonstravi. / Die 11 ♀ Rectangula ex lateribus proportionalibus composita, esse in ratione duplicata laterum articulo 29, 30 ostendi. / Die 14 ☽ Post inaugurationem templi Academici et. / Die 15 ♂ Actum solennem in eodem institutum. / } Die 17 ♃ [et] Die 18 ♀ Ob raucedinem et faucium dolores lectionibus publicis vacare haud potui. / Die 21 ☽ Erat mutatio Vice Rectoratus. / Die 22 ♂ De rectangulis similibus articulo 31, 32, 33 ut et de proportione parallelopipedorum rectangulorum articulo 34, 35 fuit dictum. / [v] / Die 24 ♃ Parallelopipeda simila esse in ratione triplicata laterum suorum articulo 36, 37 rectangula verò eiusdem altitudinis esse inter se in ratione basim articulo 38, 39 commonstravi. / Die 25 ♀ Idem postquam articulo 40, 41 ad triangula fuit applicatum deinde articulo 42, 43: quomodo latera trianguli per ductam quamcunque basi vel lateri cuidam parallelam proportionaliter secentur dedi demonstratum. / } Die 28 ☽ et Die 29 ♂ Triangulorum ut et polygonorum similium articulo 44, 45, 46, 47, 48. / Dies 31 ♃ Curvilinearum et mixtarum figurarum similium rationem articulo 49, 50 explanavi. / Mense Februario / Die 1 ♀ De divisione polygonorum similium, et horum inter se ratione secundum articulum 51 et 52 disserui. / Die 12 ♂ Post nundinas Brunsvicenses articulo 53 omnes figuras similes inter se in ratione quadratorum super latere figurarum similium sive in sive circum scriptarum, erectorum esse, demonstravi. / Die 14 ♃ Absolutis iis quae circa hanc |

demonstrationem restabant articulo 54, 55 ad solida similia dictorum fuit facta applicatio. / Die 15 ♀ Explicata trianguli Pythagorici rectanguli ratione ex articulo 56-60 commonstravi, quod et quadratum et. / [87r] / Die 18 ☽ Figura quaecunque similis super hypothenusa erecta aequalis sit quadratis vel figuris similibus laterum circa rectum articulo 61, 62. / Die 19 ♂ Idem etiam in semicirculis procedere ostendi et quadraturam lunularum Hippocratis demonstravi articulo 63. / Die 21 ♃ Articulo 64 finitis quae supererant in hac demonstratione de segmentis duarum sese secantium chordarum reciprocis egi articulo 65, 66. / } Die 22 ♀, Dies 25 ☽ [et] Die 26 ♂ Proportiones varias, ex chordis collatis cum lineis secantibus vel tangentibus circulum resultantes explanavi et demonstravi, articulo 67-72. / Die 28 ♃ His ipsis in articulo 73 et 74 absolutis librum septimum de Incommensurabilibus aggressus sum, terminosque varios articuli 1, 2, 3 illustravi. / Die 29 ♀ Notiones itidem commensurabilium, incommensurabilium, item, quod illa sint ut numerus ad numerum, hae non, articulis 45, 76, 8 dedi explanatas. / Mense Martio / } Die 3 ☽, Die 4 ♂, Dies 6 ♃ [et] Die 7 ♀ De numeris planis, quadratis, planis similibus, planis non similibus egi articulo 9-25. / [87v] / } Die 10 ☽ [et] Die 11 ♂ Erat mercatus oppidanus. / Die 13 ♃ Articulo 26, 27 de aeque multiplicibus numerorum planorum similium et non similium; deinde de medio inter illos proportionali articulo 28, 29, 30 fuit dictum. / Die 14 ♀ Incommensurabilitate diametri erga latus quadrati articulo 31 demonstrata articulo 32 potentiam linearum, et loquendi formulam lineam bis posse aliam lineam explicavi. / Die 17 ☽ Diametrum quadrati potentia lateri commensurabilem articulo 33 proportionalem verò inter diematrum [?] et latus mediam esse qq. potentia incommensurabilem articulo 33 et 34 demonstravi. / Die 18 ♂ De secunda lineae potentia, ut et de lineis secunda potentia incommensurabilibus fuit actum articulo 35, 36. / Sequebantur feriae paschales. / Rudolphus Christianus Wagner, Professor publicus

Quelle 37 Alt 2533, Fol. 86 f.

Zeitraum 08.04.1704–30.06.1704

Text Continuatio Praelectionum in Elementia Geometria Professoris Ignatii Pardies / Mense Aprili 1704 / Die 8 ♂ Iuxta librum septimum de incommensurabilibus articulo 38, 39, 40, 41, 42 de numeris solidis, similibus, cubicis etc. egi. / Die 10 ♃ Trianguli Pythagorici rationem explicavi, articulo 43 et 44. / } Die 11 ♀ et Die 14 ☽ Articulo 45 et 46 quomodo varii numeri triangulum Pythagoricum rectangulum formantes inveniri possint ostendi. / Die 15 ♂ Haec, quae de eodem 47 articulo dicenda restabant absolvi, et librum octavum de progessionibus et logarithmis exorsus sum, terminos in hac doctrina occurrentes explicando, articulo 1, 2, 3, 4. / Die 17 ♃ Affectiones progressiones Arithmetica articulo 5, 6, 7 et octavo demonstravi. / Die 18 ♀ Articulo 8, 9, 10, 11, 12 de progressione Geometrica eiusque affectionibus fuit dictum. / Die 21 ☽ Peculiaris affectio in Geometrica progressione occurens, nimirum: partes proportionales, licet actu infinitas. Suppositas, non tamen facere longitudinem infinitum, articulo 13tio fuit commonstrata. / [v] / Die 22 ♂ Articulo 14to eodem facilius in exemplo progressionis particularis, cuius termini sunt in ratione dupla, intellegi posse; et articulo 15to difficultates contra divisibilitatem continui motus, non esse insolubiles fuit ostensum. / } Die 24 ♃ et Die 25 ♀ et Die 28 ☽ Precibus publicis pro avertenda annonae

caritate. Ante meridiem iam tum finitis articulis 16- usque ad 32 ea, quae naturam logarithmorum concernunt, explicavi. / Die 29 ♂ Articulo 32 et 33 de proportione harmonica fuit dictum. / Mense Maio / Die 1 ♃ Erat festum Ascenionis Domini. / } Die 2 ♀, Die 5 ☽ et Die 6 ♂ Ab articulo 34 ad finem huius libri progressiones quadratorum et cuborum explicavi. / } Die 8 ♃ et Die 9 ♀ Secundum librum ultimum de Problematibus seu Geometria practica articulo 2, 3, 4 et 5tum variorum problematum lineas et angulos concernentium, constructionem edocui. / [89r] / Die 19 ☽ Post festum Pentecostes quomodo lineae proportionales sint investiganda articulo 6, 7 et 8 monstravi. / } Die 20 ♂ et Die 22 ♃ Articulo 9, 10 et 11mo commutationes figurarum planarum, 12mo et 13tio divisionem circuli in varias partes ostendi. / } Die 23 ♀, Die 26 ☽, Die 27 ♂, Die 29 ♃ [et] Die 30 ♀ Ob necessarium iter lectionibus publicis vacare haud potui, quas tamen horas die 5 et sequens mensis Iunii, unicâ problematibus in campo absolvendis non sufficiente, sedulo dedi compensatas. / Mense Iunio / } Die 2 ☽ et Die 3 ♂ Fabricam et usum instrumenti proportionum articuli tertii appendice 14, 15 et 16to commonstravi. / } Die 5 ♃, Die 6 ♀, Die 9 ☽, Die 10 ♂ [et] Die 12 ♃ Problemata dimensionis altitudinum profunditatum, distantiarum etc concernentia ab articulo 17 ad 28vum in campo constructa dedi. / Die 13 ♀ Cum hora prima auctioni publicae per dies hosce habitae impedimento non esset, quo/ [89v] /modo ex datis duobus lateribus tertium ignotum quaerendum sit, ad ductum articuli 28 exposui. / } Die 16 ☽/Die 17 ♂/Die 19 ♃/Die 20 ♀ [et] Die 23 ☽ Articulo 29 usque ad 38 supputationem sinuum tangentium et secantium edocui. / Die 24 ♂ Erat festum Iohannis Baptistae. / Die 26 ♃ Articulo 38-40 quomodo triangulorum latera vel anguli beneficio harum tabularum inquirendi sint, ostendi. / Die 27 ♀ Articulo 41-44 qua ratione linea recta quam proxime aequalis circumferentiae circuli, investigandi sit, commonstravi. / Die 30 ☽ Aream circuli, item soliditates parallelopipedorum, vel cylindrorum: pyramidum, vel conorum; ut et sphaerarum determinavi, et, finito hoc libro ultimo praelectionibus hisce finem imposui. / Rudolph Christianus Wagner Profesor Publicus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 88 f. |
| Zeitraum | 22.07.1704–30.09.1704 |
| Text | Praelectionum publicarum in Iohannes à Felden Artem Geometricam series / MENSE IULIO 1704 / Die 22 ♂ Praemisso discursu prooemiali de praxi Geometrica cum Theoria eiusdem felici nexu copulanda, explicatoque libri titulo, secundum caput 1 § 1 et 2 officia Geometriae et Geometriae theoreticae exposui. / Die 24 ♃ Officia Geometriea practicae et Geometriae theoreticae definitionem exposui § 3, 4. / Die 25 ♀ Occasione huius § de usu Geometriae in studio Theologico, legum medicinae et philosophia breviter fuit dictum, atque quae de praestantia eius, ut et modo tractandi hanc disciplinam § 5 et 6 tradantur, explanata. / [v] / Die 28 ☽ Ob Consistorium diutius protractum lectione publica vacare haud potui. / Die 29 ♂ Capitulo § 1-5 de puncto linea divisione huius et linea circulari fuit actum. / Die 31 ♃ Divisionem peripheriae in 3bo [?] gratis mixtam lineam; anguli divisionem; mensuram; et recti in specie rationem indicavi § 5, 6, 7, 8, 9, 10. / MENSE AUGUSTO / Die 1 ♀ Angulorum obliquorum et lineaerum parallelarum notiones § 11 et 12 ut et affectiones linearum varias exposui. / Die 4 ☽ Harum reliquas absolvi et caput |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | III superficierum genera, divisiones et trianguli sigillatim definitionem et divisionem tradidi § 1- / [91r] / 7. / Die 5 ♂ Triangulorum affectiones explicavi. / Die 7 ♃ Reliquas insuper addidi et capite IV quadrilaterorum rectangulorum notiones explanavi § 1,2,3. / Die 8 ♀ Obliquangulorum et trapeziorum definitiones ut et affectiones quadrangulorum dilucidavi. / MENSE SEPTEMBRI / Die 18 ♃ Post nundinas Brunsvicenses et iter, quod sontica de causa susceptum erat, finitum, affectiones quadrilaterorum reliquas, et capite V multangulorum et circuli generes et definitiones absolvi. / Die 19 ♀ Expositis circuli affectionibus capite quinto de solidis egi, usque ad § 7. / Die 22 ☽ Iter Brunsvicensis lectioni publicae fuit impedimento. / [91v] / Die 23 ♂ Solidorum definitiones § 7-18 ad finem perduxi. / Die 25 ♃ Affectiones solidorum explicavi et capite VII ex problematibus illa quae lineas parallelas ut et perpendiculares ducendi modum ostendunt, absolvi problemata 1, 2, 3. / Die 26 ♀ Lineas undofassunt [?] et spirales delineandas edocui problemate 4 et quinto. / Die 29 ☽ Erat Festum Michaëlis. / Die 30 ♂ Quomodo secundum modum tertium et quartum spirales lineae problemata eodem; et quomodo conchalis problemata sexto sint describendae ostendi. / Rudolphus Christianus Wagner Profesor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2533; 37 Alt 211Heft 1, Fol. 90 f.; Fol. 118 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 02.10.1704–16.12.1704 |
| Text | Continuatio praelectionum in Iohannes a Felden Artem Geometricam / MENSE OCTOBRI 1704 / Die 2 ♃ Secundum capitis septimi problema VII lineas, ovalem et lenticularem / } Die 3 ♀, Die 6 ☽ [et] Die 7 ♂ Secundum problema IX,X et sextam elliptecam, parabolicam et hyperbolicam ducendas commonstravi harumque ultimarum figuras in cono ligneo iisdem rationibus varie dissecto oculis auditorum exhibui / Die 9 ♃ Problemata XII, XIII divisiones linearum rectarum in partes quotcunque desideratas concernentia ut et XIV datis duabus lineis rectis tertiam proportionalem / Die 10 ♀ Problemate XVto tribus rectis quartam proportionalem; XVIto; duabus rectis mediam proportionalem inveniendi; problemate XVIImo: rectam datam extrema et media ratione secundi, absolvi / Die 13 ☽ Problemate XVIII commutationem linea circularis in rectam; XIX, XX, XXImo triangulorum, aqui lateris; aequicruri, et varii; / Die 14 ♂ Problemate XXII-XXV quadrati, oblongi rhombi et rhomboidis constructionem edocui / } Die 16 ♃, Die 17 ♀, Die 20 ☽ [et] Die 21 ♂ Post trapezii et trianguli, dato tali aequalis, delineationes problemate XXVI et XXVIImo, commutationes triangulorum, et quadrilaterorum dedi commonstratas problemate XXVIII-XXXVII / [v] / Die 23 ♃ Circuli vel arcus dati centrum problemate XXXVNI, XXXIX; punctum contractus duorum circulorum sese contingentium problemate XL fuit inventum [?] / Die 24 ♀ Problemate XLI et XLII contactus circulorum itidem concernentibus absolutis, angulorum rectorum citam delineationem problemate XLIII et circuli in 4 partes aequales divisionem problemate XLIV ostendi / } Die 27 ☽, Die 28 ♂, Die 30 ♃ [et] Die 31 ♀ Ob iter necessarium lectionibus vacare haud potui. Divisiones circuli indeque fluentes polygonorum inscriptiones problematum XLV-XLVII eorundem circumscriptiones, et super data linea descriptiones problemate XLIX absolvi / MENSE NOVEMBRI / } Die 3 ☽ [et] Die 4 ♂ Erat auctio publica, et / Die 6 ♃ Promotio in Facultate nostra philosophica / Die 7 ♀ Modo altero: Polygona |

super linea data describendi, problemate eodem XLIX exposito; mutationes multangulorum ordinatorum in triangula problemate Lmo / Die 10 ☽ In parallelogramma et quadrata problemate LI et LII commonstravi / Die 11 ♂ Multangulum in ordinatum in triangulum, parallelogrammum et quadratum fuit commutatum problemate LIIII quadratum vero artithmetice et Geometrice auctum problemate LIV / [93r] / Die 13 ♃ Dato circulo aequale triangulum problemate LV et quadratum problemate LVI fuit extructum, ubi simul de quadratura circuli conamina recentiorum celeberrimorum virorum fuere indicata / Die 14 ♀ Circulis pluribus unus aequalis fuit delinaetus problemate LVIImo, porro circulus varie auctus, problemate LVIIIvo imminutus problemate LIX conversus in semicirculum et contra problemate LXmo / } Die 17 ☽ [et] Die 18 ♂ Erat mercatus oppidanus, et / Die 20 ♃ Oratio inauguralis domini Profesoris Iurisdictionis Extraordinarii Engelbrechtii / Die 21 ♀ Parte post. caput primo definitiones in logistica Geometria occurrentes exposui / Die 24 ☽ Reliquis huius caput absolutis propositione primo et secunda minutiarum Geometricarum additionem et subtractionem; / Die 25 ♂ Earundem multiplicationem, divisionem propositionis III et IVta, minutiarum ut et scrupulorum reductionem propositionis V et VIta edocui / Die 27 ♃ Commonstrata secundum propositionem VIImam radicis quadratae extractione capitis II terminos in Trigonometria occurrentes explanavi / Die 28 ♀ Problemata tria, ut et Theoretica I praeparamenta pro solutionibus trigonometricis continentia fuere soluta / [93v] / Mense Decembri / Die 1 ☽ Ob consistorium publicum diutius protractum lectio publica fuit differenda / Die 2 ♂ In triangulis rectangulis, quomodo dato latere et angulis reliqua latera sint investiganda problemate IV fuit monstratum, subiuncto theoremate: posito latere uno circa rectum pro radio, alterum tangentis, hypothenusam vero secantis nomine venire / } Die 4 ♃, Die 5 ♀, Die 8 ☽ [et] Die 9 ♂ Suscepto denuo sontica de causa itinere in commentationibus publicis progredi haud potui / Die 11♃ Problemate quinto data basi cum acuto adiacente perpendiculum; et hoc cum adiacente acuto noto basin e contra investigavimus / Die 12 ♀ Problemate sexto hisce iterum datis, hypothenusam inquisivimus / Die 15 ☽ Problemate septimo datis lateribus hypothenusam; et problemate octavo latere et hypothenusam tertium determinavimus / Die 16 ♂ Problemate IXno data hypothenusa et latere, angulus lateri oppositus fuit inventus. Reliqui mensis huius dies negotiis Facultatis, candidatorumque philosophiae examinibus ut et sacris peragendis fuere dandi / Rudolphus Christianus Wagner

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 92 f. |
| | |
| Zeitraum | 31.12.1704–28.02.1705 |
| Text | Commentationum in Johannes a Felden Artem Geometricam ulterior progressus. / Mense Ianuario MDCCV./ die 8.♃ In problematibus trigonometricis problemata X. ex datis duobus lateribus circa angulum rectum constitutis, angulus lateri uni oppositus; problemate XI.mo autem ex datis in triangulo obliquangulo duobus angulis, tertius fuit inquisitus. / die 9.♀ Theoremate III. de proportionalitate sinuum rectorum et laterum; ut et IV.tum, de assumendo complemento angulorum obtusorum ad semiscirculum loco eorundem obtusorum mensurae fuere explicata. / die 12.☽ Qua ratione datis duobus angulis et latere, uni illorum opposito, latus alteri angulo |

oppositum sit inveniendum demonstravi, problemata XII. / die 13.♂ problemata XIII. datis trianguli obliquanguli duobus angulis de latere interiacente, reliqua latera investigavimus. / die 15♃ Erat Vice-Rectoratus mutatio. / [}] diebus 16.♀ et 19.☽ Problemata XIV.to datis tranguli obliquanguli lateribus duobus cum angulo interiacente, reliqui anguli et latus reliquum fuere inventa, huiusque problematis demonstratio itidem subiuncta. [/}] / [73v] / die 20. ♂ datis trianguli obliquanguli tribus lateribus, anguli singuli fuere indogati, problemata XV. / die 22.♃ In capitulo III. de longimetrica ovoentes [?] priores duodecim terminos et definitiones exposui. / die 23.♀ Reliquas insuper addidi, et propositione I. distantiam duorum locorum per mensuram datam explorandam ostendi. / die 26.☽ Scalas geometricas, tum simplices, tum elaborationes delineandas, edocui, propositione II. / die 27.♂ Reliquis huius capitis propositionibus utpote ob aeris constitutionem nondum temperatam in campo haud solvendis, interea sepositis, capitulo IV.to expositis terminis planimetricis, aream quadrati inquisivimus, propositione I.ma. / die 29.♃ Areas oblongi, rhombi ut et rhomboidis exploravimus, propositionibus II. et III. / die 30.♀ Ulterius pergendo, areas calculo determinavimus agi opposita quatuor latera parallela, duo autem curva habentis, propositione IV.ta, trianguli autem rectanguli propositione V.ta./ Mense Februario / die 2.☽ Erat festum purificationis Mariae. / die 3. ♂ Trianguli obliquanguli, trapezii, multangulorumque ordinationem, propositionibus VI.[,] VII. [et] VIII.; / die 5.♃ multangulorum autem irregularium areas propositione IX. scrutati sumus. / [74r] / [}] diebus 6.♀ et 20♀ Post nundinas Brunsvicenses, aream alicuius agi quem accedere non licuit, inquisiuimus. propositione X. [/}] / die 23. ☽ Aream agi, partim rectis, partim curvis lineis circumscripti exploravimus, propositione X. / [}] diebus 24. ♂ et 26.♃ propositio XII.ma denuo reposita, propositio XIII. et XIV.ta divisionem trianguli, ut et parallelogrammorum in partes quotcumque aequales; ut et figurae cuiusvis irregularis in partes desideratas commonstravi. [/}] / die 27.♀ et / Mense Martio / die 2.☽ propositio XV. et XVIta circuli aream eiusdemque sectorem et sectonem dimetiendas, edocui. [/}] die 3.♂ capitulo V. de Stereometria propositione I. et II.da soliditates cubi et pyramidis; / die 5.♃ prismatis cuiusvis prop. III; sphaerae, propositione IV.ta. / die 6.♀ cylindri propositione V; coni propositione VI. investigavimus. / [}] diebus 9.☽ et die 10.♂ Transmutationes corporum, sive regularium, sive irregularium, in cubum eiusdem capacitatis, propositione VII; [/}] / die 12.♃ cylindri in parallele perpedum et vice versa propositione VIII. / die 13.♀ Cistae vero sive corporis rectanguli in aliud eiusdem capacitatis, ostendi. / [v] / [}] diebus 16. [,] ☽ 17.♂ et 19.♃ propositio X.ma cubum multiplicavimus (1) methodo geometrica, ope duarum mediarum proportionalium linearum inveniendarum. (2) methodo arithmetica, pro qua construenda extractionem radicis cubicae auditores edocui. [/}] / [}] diebus 20.♀ et 23.☽ cubi secundum rationem datam diminutionem commonstravi, propositione XI.ma. [/}] / [}] diebus 24.♂ et 26.♃ capacitatem vasorum, tam cylindricorum, quam cubicorum per mensuram usitatam in liquidis ac is expressimus, problemata XII.ma. [/}] / die 27.♀ Vara ad cylindros reduximus propositione XIII. Capacitatem autem doliorum in data mensura inquisivimus propositione XIV. / die 30☽ Radii stereometrici constructionem propositione XV. / die 31.♂ Usum eius pro inquirenda dolui capacitate propositione XVI. sive huius capitis ultima, exposui. / Rudolphus Christianus Wagner.

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Quelle 37 Alt, Nr.2534; 37 Alt 211 H.2, fol. 73-74; fol. 41-42

Zeitraum 31.05.1705–31.05.1705

Text Continuatio Praelectionum in Artem Geometricam B. Feldeni, et novarum in eiusdem Autoris Compendium doctrinae Sphaericae commentationum Series. / Cum ob negotium domesticum curandum, usumque medicamentorum instituendum per aliquot hebdomadas commentationibus publicis vacare haud potuerim, ea propter moram hanc diebus extraordinariis mercurii et Saturni sedulus pensaturius [?] quae restabant in arte Geometrica Feldeniana problemata in campo expediunda dictis illis diebus construxi. In novis vero Sphaericis hac ratione sum progressus. / [v] / Mense Iunio / die 15. ☽ Titulum huius tractatus ac definitonem doctrinae Sphaericae ut et tractandi modum explicavi partem 1 capituli 1 / die 16.♂ Hypothesin Ptolemaicam exposui capitulo II. / die 18.♃ Hypotheseos Tychonicae capitulum III § 1; et / die 19♀ Hypotheseos Copernicanae et semicopernicanae placita capitulum eiusdem § 2 dilucidavi. / die 22. ☽ de hypothesibus coelo et terrae rotunditatem asserentibus egi capitulum IV. § 1 et 2. / die 23. ♂ de loco terrae in Systemate mundano, deque eiusdem [76r] proportione erga coelum stellatum disserui capituli eiusdem § 3. / die 25.♃ partem II. capitulum de Sphaera et eius partibus fuit dictum. / die 26 ♀ Circulorum ratione in genere exposita, divisionem eorum intuitu quantitatis, in maiores et minores; situs in rectos et obliquos; motus sphaerae in immobiles et mobiles lustravi capitulum II. § 1.[,]2. [,] 3.[et] 4. / die 29. ☽ de circulis maioribus intrinsecis et mobilibus, et in specie aequatore, polis eius, Zodiaco, latitudine eius, ut et ecliptica fuit dictum capitulum III. § 1. [,]2.[,] 3.[,]4.[et] 5. / die 30. ♂ Divisionem Zodiaci variam per aequatorem, signa, binosque colaros explicavi. / [v] In Geometricis autem / die 18.♀ per horas quatuor ex propositionibus Feldenianis partem. Posterior capitulum III. propositione I. distantias duorum locorum per mensuram datam exploravimus ut et propositio XVI.ta duorum locorum quorum unus erat in accessus, intercapedinem determinavimus ope calculi trigonometrici. / die 20.♃ In problematibus Geometricis per horas tres pergens distantias duorum locorum modo recensitas ope mensulae Praetorianae indicavi propositione XVII, et porro distantias duorum locorum, quorum alter ex altero conspici haud poterat, inquisivi tum calculo trigonometrico, tum mesula modo dicta propositione XXV et XXVI. / die 24.♀ erat Festum Johannis Baptistae. / die 27.♃ horis quatuor propositione VI. montis cuiusdam lineam a radice ad perpendiculum; propositione VII. et X. eiusdem basin et altitudinem propositione VIII. acclivitatem, singulas calculo trigonometrico; prop. IX vero et XIma easdem mensae ope definivimus. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus

Quelle 37 Alt, Nr.2534, fol.75-76

Zeitraum 30.09.1705–30.11.1705

Text Commentationum publicarum in B. Feldeni Doctrinam Sphaericam continuatio et novarum in B. Strauchii Astrognosiam series / Mense Octobri MDCCV / [}] diebus 1.♃ [et] 2.♀ doctrinam de directionibus planetarum beneficio globi perficiendis, absolvi, secundum partem IV. capitulum IV. problemate II. [/}] / [}]diebus 5. ☽ [et] 6.♂ Capitulum V. problematis I. differentias tum planetarum inter se, tum a fixis, recensui et explicavi. [/ }] / die 8.♃ problemate II. modum

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

exhibui quo fixarum situs ex globo cognitus memoriae mandari potest. / die 9.♀ Qua ratione planetarum quoque situs, per eundem globum, sit investigandus, commonstravi problemate III. et lineam meridianam, ex motum ☼is communi, inquisivi et delineavi problemate IV. / die 12.☽ Latitudinem loci et elevationes tum poli, tum aequatoris investigavi aliquot modis, quorum quosdam hora Ima ordinaria, reliquos hora VIII nocturna exhibui. problemate V. / die 13.♂ Longitudines locorum determinavi problemate VI. / die 15.♃ Dies fundationi Academiae nostra sacer et solennis erat. / die 16.♀ Quomodo planetae vel stellae novae cuiusdam situs, beneficio quadrantis, et globi, sit inquirendus, commonstravi itidem hora Ima et VIIIva pomeridiana problemate VIImo. / [}] diebus 19.☽ [et] die 20.♂ Capitulum VI problematis I. Usum globi in doctrina gnomonica ostendi et horologium sciothericum horizontale in plano descripsi. [/}] / [v] [}] diebus 22.♃ [et] 23.♀ problem II horologium verticale, pro quavis elevatione delineavi, et, quomodo in muro quadantenus declinante idem sit efficiendum commonstravi imposito Sphaericis operis hisve fine. [/}] / Mense Novembri / die 2.☽ In novis Astrognosticis praelectionibus Astrognosiae definitionem; defînti Etymologiam et homonymiam, eius pariter utilitatem et necessitatem, exposui, prooemii aphorismorum 1.[,] 2. [et] 3. / die 3.♂ de eius iucunditate aphorismo 4; divisione aphorismi 5.disserui./ die 5.♃ Ob Consistorium diutius protractum commentationibus publicis vacare haud potui. / die 6.♀ Stellarum definitionem generalem et divisionem exposui aphorismis. 1. [et] 2. Sectionis I. / die 9.☽ Fixarum ordinariarum et extraordinariarum naturas explanavi aphorismis 3. [et] 4. / die 10.♂ de erraticis ordinariis earumque apud veteres numero, fuit dictum aphorismis 5. [,] 6. [et] 7. / die 12.♃ Numerum hunc a recentioribus esse auctum de monstravi aphorismo 8. et occasione huius recentissimas celeberissimorum Astronomorum observationes circa Ioviales et ♃imer satellites adduxi, de fixis coloris planetarum aemulis, una disserendo aphorismo 9. [80r] / die 13.♀ Definitione cometarum et quomodo a fixis extraordinariis distingrantur, expositis aphorismo 10, ordinem Sphaerarum, et hypothesin ptolemaicam explicavi aphorismis 11. [et] 12. / [}] diebus 16.☽ [et] 17.♂ Erat mercatus oppidanus. [/}] / die 19.♃ Hypothesin copernicanam aphorismorum 13.[et] 14.; et / die 20.♀ Tychonicam aphorismi 15. proposui. / die 23.☽ Systemate semitychonico recensito aphorismo 16., de motu stellarum speciali fuit actum aphorismo 17. / die 24.♂ Resoluto hoc ipso in duos simplices aphorismo 18mo et 19mo circulorum astronomicorum definitionem generalem divisionesque ratione quantitatis ratione motus sphaerae et ratione usus et dignitatis examinavi aphorismis 20-27. / die 26.♃ de circulis principalibus et minus principalibus; de aequatore et Zodiaco aphorismis 28-34 / [}] diebus 27.♀ [et] 30.☽ de ecliptica signis Zodiaci, horumque varia divisione disserui aphorismis 35-53 [/}] / Mense Decembri / die 1 ♂ de polis eclipticae, atque de coluris dixi aphorismis 54-60. / die 3♃ de horizonte, tum sensibili, tum rationali egi aphorismis 61-65. / die 4.♀ Ortus et occasus astronomicos et cosmicos exposui aphorismis 66-70. / die 7.☽ Consistorium publicum operus hasce denuo intercipiebat. [v] / die 8.♂ Ortus et occasus acronyctos, ortus item heliacos matutinum et vespertinum aphorismis 71-74 explanavi. / die 10.♃ Erat oratio inauguralis Engelbrechtiana. / die 11.♀ de occasibus heliacis, matutino et vespertino, ut et de arca fulsionis, fuit dictum aphorismis 75-77. / die 14☽ Ob Consistorium publicum diutius protractum praelectio publica denuo fuit differenda. / [}]

| | |
|---|---|
| | diebus 15.♂ [et] 17.♃ de meridiano eiusque variis officiis disserui aphorismis 78-80. [/}] / die 18.♀ Tropicos polares eorumque officia; circulorum autem minus principalium illos, qui declinationis, latitudinum et verticales appellantur, explanavi. aphorismis 81-89. / Sequebantur feriae natalitae. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt, Nr.2534, fol.79-80 |
| | |
| Zeitraum | 15.04.1706–25.06.1706 |
| Text | Commentationum in Beati Strauchii Astrognosiam continuatio / Mense Aprili / die 15♃ Post ferias paschales Asterismos, a recentioribus priscis illis additos, explicavi aphorismos 194, 195 / [}] diebus 16♀ [et] 19☽ De galaxia aphorismi 196,197 et 198 egi [/}] / die 20♂ De planetis sigillatim disserendo, a ☉e primordia duxi aphorismos 199, 200 [et] 201. / die 22♃ maculas et facultas ☉ ares exponere incepi aphorismum 202. / die 23♀ Ob iter necessarium praelectionibus publicis haud vacavi evocatis iamtum auditoribus ad supplicii de puella, ob matricidium sumti spectaculum. / die 26☽ Doctrinam de maculis et faculis daribus absolvi aphorismum 203 / die 27♂ Delineationem futurae eclipseos lunaris, ut et calculi huius primaria momenta in tabula publica exhibui et studiosos ad observandam eandem invitavi, coelum autem nubilum eandem oculis nostris prorsus subduxit. / [}] diebus eodem ♂ et 29 ♃ [et] 30♀ De luna eius motu libratorio, et maculis, dixi aphorismos 204, 205 [et] 206. [/}] / [v] / Mense Maio / [}] diebus 3☽, 4♂, 6♃ [et] 7♀ Examina publica et privata Candidatorum philosophiae ut et promotio eorundem lectiones publicas intercipiebant. [/}] / die 10☽ Aphorismum 207 de ♄no eiusque comitibus disserui. / die 11 ♂ Iovem cum satellitibus suis, consideravi aphorismos 208 [et] 29 / die eodem Delineationem eclipseos ☉aris instantis et calculi eiusdem praecipua denuo publico in loco affixa dedi, eodemque programmate commilitones ad observandam die sequente notabilen hanc eclipsin invitavi. / die 12☿ Praeparato ad hoc negotium commodo Auditorio Medico eclipsin hanc instrumentis accomodis observavi ac delineavi. / die 13♃ Erat festum Ascensionis Domini. / die 14♀ Reliqua de iove absolvi aphorismum 209. / die 17☽ De marte aphorismum 210 / die 18♂ De ♀e aphorismum 211. / die 20♃ De ☿io aphorismum 212 dixi. / die 31☽ Post festum Pentecostes aphorismos 213, 214 [et] 215 doctrinam de adspectibus aggressus sum. / [63r] / Mense Iunio / [}] diebus 1♂ [et] 3♃ eandem absolvi aphorismos 216 [et] 217-222. /[/}] / [}] diebus 4♀,7☽ [et] 8♂ De coniunctionibus et eclipsibus tum lunarium, tum reliquis egi, aphorismos 223-237 [/}] / die 10♃ Sectionem II canon. I. e coeli stellati intuita principia astronomica et hypothesium fundamenta cognoscenda dedi. / die 11♀ In his ulterias sum progressus. / die 14☽ Negotium publicum commentationibus astrognosticis erat impedimento. / die15♂ Canonem primum absolvi / die 17♃ Situm et ordinem asterismorum in compendio recensui canon. IIdo. / die 18♀ Erat Consistorium privatum / die 21☽ Canon IIItio globum coelestem praeparandum dedi, et canon. Vto stellas perpetuae apparitionis et occultationis, ut et interdum apparentes, interdum labenter, in sphaera exhibui. /[63v] / die 22♂ Canone Vto planetas in globo coelesti notavi, et canon. VIto eosdem a stellis fixis discernere edocui. / die 24♃ Erat Festum Ioh. Baptistae. / die 25♀ et reliquis huius mensis, ob luctum domesticum, praelectionibus publicis vacare haud potui. / Rudolphus Christianus Wagner, Professor Publicus |

Quelle 37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.2, fol.62-63; fol.57-58

Zeitraum 01.07.1706–28.09.1706

Text Praelectionum in Beati Strauchii Astrognosiam ad finem perductarum, novarumque in Arithmeticam tum vulgarem, tum literalem series / Mense Iulio 1706 / die 1♃ De cometarum a planetis differentiis dixi canonem VIII. / die 2♀ Erat festum visitationis / die 5☽ Reliqua de cometis absolvi canon eodem / die 6♂ De stellis fixis extraordinariis egi canon. IX. / die 8♃ Doctrinam de stella novis absolvi. / die 9♀ Quomodo loca harum et planetarum platice sint cognoscenda commostravi, simulque de instrumentis astronomicis disserui canonem X. / [}] diebus 12☽ [et] 13♂ Erat mercatus oppidanus. [/}] / die 15♃ Erat mutatio vicerectoratus / die 16♀ Reliqua canonis Xmi ad finem perduxi. / [}] diebus 19☽, 20♂, 22♃ [et] 23♀ Propter Anatomiam publicam interpretationes hae cessarunt. [/}] / die 26☽ Quomodo, an luna ad ☉em accedat, vel a ☉l abeat, sit cognoscendum, canon XI, et qua ratione poli tum mundi, tum eclipticae in coelo stellato concipiendi sint, canonem XII. ostendi / [v] / die 27♂ Lineae meridinae in quovis loco inventionem et notationem edocui canonem XIII. / die 29♃ Quomodo transitus ciuisvis stella per meridianum, eiusque insimul in eodem altitudo sit observanda, exposui, canonem XIV. / die 30♀ Ductum aegnatoris et eclipticae in coelo stellato oculo et mente secuti sumus canones XV et XVI. / Mense Augusto / [}] diebus 2☽ et 3♂ Qua methodo elevatio poli, et aequatoris ubique locorum, ex coeli stedati, vel ☉lis intuitu sit investiganda, ostendi canonis XVIImo. [/}] / [}] diebus 5♃ et 6♀ Quomodo longitudo loci ciuisvis in globo terreno, intuitu corporum coelestium sit in daganda, commonstravi, canone, XVIII. [/}] / [}] diebus 9☽ et 10♂ Hora diei vel noctis quaecunque, qua via sit ex intuitu coeli sereni inquirenda canonis XIXno exposui, atque praelectionibus hisce finem imposui. /[67r] / Sequebantur nundinae Brunsvicenses. Reliquis mensis huius diebus ad commentationes mathematicas novas Arithmeticas et Algebraicas me praeparavi. / Commentationes in arithmeticam numerosam practicam Beati Sturmii, et literalem, quae succinctis thesibus comprehensa clamo excipitur. / Mense Septembri / die 3♀ Discursum de variis logisticis prooemialem habui. / [}] diebus 6☽ et 7♂ Erat mercatus oppidanus [/}] / die 9♃ Definitionem arithmeticae practicae exposui. / die] 10♀ Definitionem arithmeticae literalis dedi et explanavi thesis 1. / [}] [diebus] 13☽ et 14♂ Numerorum scriptorum enunciationem et enunciatorum scriptionem ostendi.[/}] / [v] / [}] [diebus] 16♃, 17♀ et 20☽ Quantitatum algebraicarum notationem et numerationem eadem ratione absolvi these 2da, 3tia et 4ta. [/}] / [}] [diebus] 21♂, 23♃ [et] 24♀ Additionem in numeris vulgaribus, tum simplicibus, tum applicatis, Geodaeticis et heterogeneis commonstravi. [/}] / [}] [diebus] 27☽ et 28♂ Additionem literalem, tum in quantis simplicibus, tum in copositis, edocui thesi 5ta et 6ta. / Rudolphus Christophorus Wagner Professor Publicus

Quelle 37 Alt 2535, fol.66-67

Zeitraum 13.07.1706–28.09.1706

Text Commentationes physicae in Honorissimi Fabri propositiones de Aere. / Mense Iulio 1706 / [die] 13♂ Recitata fuit Oratio Inauguralis de usu Matheseos in scientia naturali. / Reliqui huius mensis dies post anatomiam publicam, tum elaborationi programmatis, tum discursus prooemilis fuere dati. / Mense

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Augusto / [die] 12♃ Praemisso de Geometria, et speciatim pubcit in scientia naturali usu programmate [v] discursu prooemiali de progressu physices circa aeris cognitionem dixi. / [die] 30☽ Post nundinas Brunsvicenses existentia aeris contra illos, qui aerem non nisi aqum rarefactam crediderunt, fuit evicta propositione 1. / [die] 31♂ De aeris humiditate vel fluiditate dictum propositione IIda fuit. / Mense Septembri / [die] 2♃ An aer mediocriter sit frigidus ? Propositione IIItia et [65r] / [die] 3♀ Quod aer rarefieri possit, propositione IVta fuit ostensum / [}] [diebus] 6☽ et 7♂ Erat mercatus oppidanus [/}] / [}] [diebus] 9♃ et 10♀ Absoluta propositione IVta aerem posse condensari , demonstratum fuit propositione Vta [/}] / [die] 13☽ Aeris raritatem exposui propositione VIta / 14♂ An haec aeris primaeva raritas sit a calore nec ne ? disquisivi propositione VIIma / [}] [diebus] 16♃ et 17♀ Quod aer multum possit comprimi, commonstravi propositione VIII. [/}] / [v] / [}] [diebus] 20☽, 21♂ [et] 23♃ Aerem nostrum actu compressum esse evictum dedi propositione IX. [/}] / [}] [diebus] 24♀[et] 27☽ Aerem posse dilatari, edocui propositione X. / [die] 28♂ De aeris gravitate fuit dictum propositione XIma. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus

Quelle: 37 Alt 2535, fol.64-65

Zeitraum: 11.10.1706–17.12.1706

Text: Continuatio commentationum in Honorissimi Fabri propositiones de Aere physicarum / Mense Octobri / [}] [diebus] 11☽ [et] 12♂ Propositionem XI de aeris gravitate absolvi. [/}] / [die] 14♃ de modis aeris pondus determinandi dixi propositione XII. / [die] 15♀ Erat natalis Academiae / [}] [diebus] 18☽ [et] 19♂ Reliqua propositione XIII ad finem perduxi.[/}] / [die] 21♃ Lunae laborantis observatios ab aeris consideratione sublimius nos evocavit. / [die] 22 ♀ De minus possibili aeris in aguam transmutatione egi propositione XIII itemque quare sit calidus ostendi propositione XIV. / [die] 25☽ Quare aer hyeme frigidior, aestate calidior demonstravi propositione XV. / [}] [diebus] 26♂ [et] 28♃ Reliquis propositionibus absolutis qua methdo caloris in aere gradus sit explorandus commonstravi propositione XVI. / [v] / [die] 29♀ quad aer calidior respiratiori minus faveat deduxi propositioni XVII. / Mense Novembri / [die] 1☽ Diem etiam de aere frigidiore demonstratum dedi propositione XVIII. / [die] 2♂ Aerem compressum erassiorem et graviorem redd, edorui propositione XIX. / [}] [diebus] 4♃ [et] 5♀ Aerem puriorem facilius respirari ostendi propositione XX. [/}] / [}] [diebus] 8☽ [et] 9♂ De aeris perspicuitate diserrui propositione XXI. [/}] / [die] 11♃ De aeris particulis minimis egi propositione XXII / die 12♀ Num hisce particulis pori insint disquisivi propositione XXIII. / [}] [diebus] 15☽ [et] 16♂ Erat mercatus oppidanus. [/}] /[69r] / [}] [diebus] 18♃ [et] 19♀ Epulis nuptialibus ministri Academiae interfui. [/}] / [die] 22☽ Difficultatem determinandi quanitatem athmosphaerae expendi propositione XXIV. / [die] 23♂ Reliqua huius propositione absolvi. / [die] 25♃ Num dentur tres aeris a Scholasticis assertae regiones disquisivi propositione XXV / [}] [diebus] 26♀ [et] 29☽ Propositione eadem de diffusione luminis reflexi in ratione distantiarum perutando disserui. [/}] / [die] 30♂ Num quousque radius a terra reflexus ascendat determinari possit indagavi propositione ead. / Mense Decembri / [}] [diebus] 2♃, 3♀,6☽ [et] 7♂ Quid de vulgo sic dictarum eaeris regionum altitudine, constitutione figura ab autoribus in medium affertur, expendi propositione

eadem [/}] / [v] / [}] [diebus] 9♃ [et] 10♀ Refractionum quae in aere contingunt doctrinam exposui. [/}] / [die] 13☽ Num detur aether distinctus ab aere puro disquisivi propositione XXVI. / [die] 14♂ Aerem non esse coloris albi, demonstravi propositione XXVII / [die] 16♃ Aer cur coerulens appareat, ostendi, propositione XXVIII. / [die] 17♀ De aeris mobilitate egi propositione XXIX. / Ipsa feriarum natalitiarum hebdomada ab adversam veletudinem non docui. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus

Quelle 37 Alt 2535, fol.68-69

Zeitraum 11.10.1706–18.12.1706

Text Continuatio Praelectionum in Arithmeticam vulgarem et literalem / Mensis Octobris 1706 / [}] [diebus] 11☽ [et] 12♂ Subtractionem in numeris vulgaribus ostendi [}] / [die] 12♃ Literalem in quantitatibus simplicibus commonstravi. / [die] 15♀ Erat natalis Academiae. / [[}] [diebus] 18☽ et 19♂ De subtractione literali in quantitatibus compositis egi. [/}] / [die] 21♃ Calculi eclipseos ☽ris praecipua momenta, ut et eiusdem typum in tabula publica exhibui, atque post haec horam inter 6tam et 7mam verspertinam eandem instrumentis accommodis in arca collegii observare incepi. / [}] [diebus] 22♀ [et] 25☽ Reliqua de subtractione literali absolvi. [/}] / [}] [diebus] 26♂ [et] 28♃ De multiplicatione numerorum vulgarium egi. / [v] / Mensis Novembris / [}] [diebus] 29♀Oct., 1☽ [et] 2♂ Multiplicationem quantitatum simplicium et compositarum literis notatarum ostendi. [/}] / [}] [diebus] 4♃ [et] 5♀ Quod + per + multiplicatum faciat + et quod - in + vel + in - ductum faciat - demonstravi. [/}] / [}] [diebus] 8☽ [et] 9♂ Divisionem in numeris vulgaribus commonstravi. [/}] / [}] [diebus] 11♃ [et] 12♀ Eandem in literis et quntitatibus, tum simplicbus tum copositis, ostendi [/}] / [}] [diebus] 15☽ [et] 16♂ Erat mercatus oppidanus. [/}] / [}] [diebus] 18♃ [et] 19♀ Convivio matrimoniali Ministri Academiae intefui. [/}] / [71r] [}] [diebus] 22☽, 23♂ [et] 25♃ Reliqua divisionis literalis absolvebantur [/}] / [}] [diebus] 26♀, 29☽ [et] 30♂ [Mense Decembris], 2♃ [et] 3♀ De factionibus et numeris factis egi, et regulas praeparatioris 8 explicavi. [/}] / [}] [diebus] 6☽ [et] 7♂ Numerorum factorum additionem [/}] / [}] [diebus] 9♃ [et] 11♀ Subtractionem [/}] / [die] 14☽ Multiplicationem et / [die] 15♂ Divisionem eorundem commonstravi. / [v] [}] [diebus] 17♃ [et] 18♀ Logisticam literalem in quantitatis fractis exorsus sum, absolvendo harum definitionem et regulam praeparatioriam Imam et 2dam. / reliquis 4 diebus ob sanitatem minus integram praelectionibus hisce vacare haud potui. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus

Quelle 37 Alt 2535, fol.70-71

Zeitraum 07.01.1707–31.03.1707

Text Continuatio commentationum in Arithmeticam vulgarem et literalem. / Mense Ianuario 1707 / die 7♀ Ad logisticam literalem in fractionibus facientem regulam praeparatioriam IIItiam et IVtam: de cognoscenda et obtinenda fractionum aequalitate, explanavi. / } 10☽, 11♂, 13♃, 14♀ [et] 17☽ Iuxta regula praeparatoriam Vtam reductionem gractionum literalium ad minores terminos; ut et quomodo invenienda sit communis mensura maxima, ostendi. / die 18♂ Regula praeparatoriam VItam reductionem duarum et plurium factionum ad eandem denominationem exorsus sum, in auxilium vocato peculiari, ad hanc operam commodo problemate. / die 20♃ Erat

| | |
|---|---|
| | mutatio Vice-Rectoratus. / [v] / die 21♀ Reliqua huius operae absolvi. / die 24☽ Reductiones fractionum, integro maiorum, ad mixtas, et harum contra ad illas, edocui regula praparatione VIIma et VIIIva. / } diebus 25♂, 27♃ [et] 28♀ Fractionum literalium additionem et subtractionem; / } diebus 31☽ / Mense Februario / et die 1♂ [et] 3♃ Multiplicationem ac divisionem, exposui. / } die 4♀ et post nundinae Brunsvicenses die 18♀ Extractionem radicis quadratae in numeris vulgaribus, exposui. / [die] 21☽ Extractionem radicis cubicae sum exorsus. / die 22♂ Erat inauguralis Oratio Meibomiana. / [74r] die 24♃ Reliqua ad radicis cubicae extractionem pertinentia absolvi. / } diebus 25♀, 28☽ / Mense Martio / et diebus 1♂, 3♃, 4♀ [et] 7☽ Extractiones radicum in quantitatibus literalibus commonstravi. § 18,19, 20, 21 / die 18♂ Logisticam surdorum ? inchoavi §22 [et] 23 / die 10♃ Erat Consistorium publicum commentationibus hisce impedimento. / } diebus 11♀, 14☽ [et] 15♂ Ad reductionem quantitatum surdarum spectantia, ulterius exposui et absolvi. / } diebus 17♃ [et] 18♀ Quantitatum surdarum additionem et subtractionem § 24 / } diebus 21☽, 22♂ [et] 24♃ multiplicationem et divisionem § 25 et 26 edocui. / die 25♀ Erat festum annuciationis Mariae. / die 28☽ Extractionem radicum ex binomiis ostendi § 27. / } diebus 29♂ [et] 31♃ Regulam Trium directam et inversam in numeris vulgaribus explanavi. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus. |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.73-74; fol. 89-90 |
| | |
| Zeitraum | 07.01.1707–31.03.1707 |
| Text | Continuatio praelectionum in Honoratissimus Fabri propositiones de Aere physicarum. / Mense Ianuario 1707/ die 7♀ Aerem cum aqua nullam antipathiam habere demonstravi propositione xxx. / die 10☽ Num aer omnes qualitates elementares producere queat ? disquisivi propositione xxxi. / die 11♂ Aerem hyeme puriorem esse quam aestate, edocui. propositione xxxii. / } diebus 13♃ et 14♀ Quod idem commune medium omnium globorum totalium sit, demonstravi propositione xxxiii / } diebus 17☽ [et] 18♂ Quid aer ad respirationis summe necessarium negotium conferat, expendi, et quomodo hoc , tum in animalibus, tum in homine, procedat commonstravi propositione xxxiv. / die 20♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 21♀ Quam opem tribus sensibus aer praestet, consideravi. propositione xxxv. / [v] / } diebus 24☽, 25♂, 27♃, 28♀ [et] 31☽ De aeris salubrite et noxis disserui, propositione xxxvi. / Mense Februario / } diebus 1♂, 3♃ [et] 4♀ Reliqua huius propositionis absolvi. / die 18♀ Post nundinas Brunsvicenses, quare aer cum aqua vel alio liquore misceri haud possit, exposui propositione xxxvii. / die 21☽ Aere solonum animalia nutrivi possint, disquisivi propositione xxxviii. / die 22♃ Inauguralis Orationis Meibomianae dies ferias consuetas hisce commentationibus concedebat. / die 24♀ Reliqua prioris propositionis ad finem perduxi. / [76r ] / } diebus 25☽, 28 / Mense Martio / et diebus 1♂, 3♃ [et] 4♀ Quidam aeris conditio ad ingeniorum et temperamentorum varietatem conferat, consideravi, propositione xxxix. / diebus 7☽ [et] 8♂ Causam cur atomi in aere fluitent, exposui propositione xL / } diebus 10♃, 11♀, 14☽ [et] 15♂ Mechanicam volatus avium demonstravi, et aeris ad eundem, quam praestat, opem explanavit, propositione xLi / die 17♃ Propositione XLIIma ultima, aeris compressi effectuum 1mum, in flammarum figuris conicis; 2dum et 3tium, in guttularum et bullarum formatione, / } diebus 18♀ [et] 21☽ 4tum, |

| | |
|---|---|
| | in slopis et bombardis pneumaticis ita dictis; / } 22 ♂ [et] 24♃ 5tum, in immissione variorum, in vasa corporum animalium, liquorum, dilucidavi. / } die 25♀ Erat festum annunciationis Mariae / die 28☽ 6tum effectum compressi aeris, in iaculis eodem foetis; et 7mum in ipsa ventorum productione / } diebus 29♂ [et] 31♃ 8vum, in fontium artefactorum, et canaliculorum, utrimque perviorum phaenomenis, spectavi et exposui. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H2., fol.75-76; fol.114-115 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.04.1707–30.06.1707 |
| Text | Commentationum in Honoratissimi Fabri propositiones de Aere, ad finem deductarum et novarum, in P. Casati dissertationes de Igne feries. / Mense Aprilis 1707 / die 1♀ Num effectus aeris compressi 9nus quo autori nostro arborum trancis et ramis figuram cylindricam conciliare creditur, locum habeat disquisivi. / die 4☽ 10mum huiusmodi effectum, quo aqua corpora spongiosa ob aerem compressum subit; et 11mum quo aqua supra vasis margines intumescens haud taumen effluit, consideravi, atque hac ratione interpretationibus hisce per Dei gratiam colophonem imposui. / Proxima hebdomada erat mercatus oppidanus. Reliquis eiusdem diebus, ob valetudinem minus firmam, ad novas de igne Prolectiones accingere me haud potui. Sequebantur hebdomas scara et feriae Paschales. / [v] / Mense Maio / } diebus 9☽,10♂, 12♃ [et] 13♀ Post ferias ordinarias ad novas de Igne praelectiones ordiandas me composui. / } diebus 16☽ [et] 17♂ Disserationis Imae de ignis nobilitate, argumentum duabus thesibus, in calamum dictatis, inclusum exposui. / } diebus 19♃, 20♀, 23☽, 24♂, 26♃ [et] 27♀ Dissertationis IIdae de ignis natura contenta postquam thesibus itidem duabus inserta dederam, tum ex autore memorato, doctrinam elementorum proposui, ac ignem non esse corpus avoddam simplex adeoque nec elementum, ex eodem demonstravi. / die 30☽ Dies erat precum pro avertenda annonae caritate, publicarum. / die 31♂ De chimicorum elementis dictum fuit. / Mense Iunio / die 2♃ Festum erat Ascensionis Domini. / diebus 3♀, 6☽, 7♂, 9♃ [et] 10♀ Definitione autoris, quod ignis spiritus sit vim habens caloris non mediocris explianata atque examini subiecta, reliqua huius disserationis IIdae absolvi. / Sequenti hebdomade celebrabantur feriae Pentecostales. / } diebus 21♂ [et] 23♃ Dissertationem IVtam de ignis loco sum exorsus quam thesibus quinque comprehensam calmo dedi excipiendam. / die 24 ♀ Festum erat Iohannis Baptistae / } diebus 27, 28 [et] 30 De corporum naturalium, et in specie elementorum vulgo sic dictorum gravitate fuit actum occasione ignis, quem non minus gravem esse autor in sequentibus demonstrat. / Rudolphus Christianus Wagner Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.77-78; fol. 87-88 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.04.1707–30.06.1707 |
| Text | Continuatio praelectionum Arithmeticarum et Algebraicarum / Mensis Aprilis 1707. /die 1♀ Regulam Trium compositam ostendi / [}] diebus 4☽ [et] 5♂ Illam, wuae consortii sive Societatis vocatur commonstravi. [/}] / die 7♃ In § 28 in calamum dictata operationes in solutione problematum occurrentes, nempe quantitatum notationem, aequationem et aequationum reductionem adduxi. / die 8♀ Ab hac ultima incipiendo thesi 29na regula ad earum |

| | |
|---|---|
| | reductionem facientes sum aggressus. / } die 11 ☽ [et] 12♂ Erat mercatus oppidanus./ } diebus 14♃ [et] 15♀ Ob tussim ac raucedinem docere haud potui. / Sequebantur hebdomas magna et feriae paschales. / [v] / Mense Maio / Quoniam ex calculis, secundum Tabulas Rudolphinas Philolaicas et Wingianas, institutis coniunctio ☿ii et ☉is futura promittebatur ea propter Schedula quadam primaria eiusdem capita, et tempus huius transitus et delineationem eius in tabula publica exhibui, atque / die 5♃ Per totum diem adhibitis instrumentis necessariis phaenomenon hoc sed frustra, expectavi ut pote quod ex Hallei et Kischii sententia collatis prioribus ☿ii et ☉is coniunctionibus mediam forte sub noctem sequentem deum inciderat./ } diebus 10♂ [et] 12♃ Regulas VItam, VIImam et VIIIvam ad reductionem aequationum commodas explanavi. / } die 13♀ [et] 16 ☽ § 30 quinam ex his modis pro ratione circumstantiarum problematis, sint eligendi, ostendi. / } 17♂, 19♃, 20♀, 23 ☽ [et] 24♂ Axiomata praecipua non modo recensui, verum et Theoremata ceteris magis necessaria, tum universalia tum particularia sive Geometrica demonstravi in quibus latebant fontes pro aequationibus formandis. / [80v] / } diebus 26♃ et 27♀ Thesi 32 usum in problematum solutione ostensurus primum Geometricum de definiendis triangularis horti lateribus proposui. / die 30 ☽ Dies erat precum, pro avertenda annonae caritate publicarum. / die 31♂ In eodem problemate sum progressus. / Mense Ivnii / die 2♃ Erat festum ascensionis Domini. / die 3♀ Problema Imum ut et duo arithmetica absolvi. / } diebus 6 ☽, 7♂, 9♃ [et] 10♀ Septem talium problematum insuper addidi. / Sequebantur feriae Pentecostalis. / } diebus 21♂, 23♃, 24♀, 27 ☽ 28♂ [et] 30♃ Eorundem problematum arithmeticorum decadem proposui et soluta dedi. Rudolphus Christianus Wagner |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.79-80 |
| Zeitraum | 01.07.1707–27.09.1707 |
| Text | Commentationum Algebraicarum publicarum continuatio. / Mense Iulio 1707 / die 1♀ Problema arithmeticum vigesimum, ope aequationis simplicis thesi 32 propositae, solvendum dedi. / die 4 ☽ Erat promotio Candidatorum Philosophiae. / die 5♂ Nuptiis Bocksbergianis datus fuit dies hic. / die 7♃ Problema Geometriam aliud: de definiendis agis lateribus, proposui. / die 8♀ Decadis IIItia exemplorum Arithmeticorum Imum et 2dum exhibui. / die 11 ☽ [et] 12♂ Erat mercatus Oppidanus. / } diebus 14♃, 15♀, 18 ☽ [et] 19♂ Exemplorum horum decadis IItia 3tium 4tium 5tum et 6tum, Geometricorum vero triangularium 3tium e 4tum absolvi. / [v] / die 21 ♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / } diebus 22♀, 25 ☽, 26♂, 28♃ [et] 29♀ Quaestionum arithmetricarum Decad. III tia, 7mam, 8vam, 9nam ac 10mam geometricarum autem 5tam et 6tam solutas dedi. / Mense Augusto / } diebus 1 ☽, 2♂ [et] 4♃ Decadis IVta problematum arithmeticorum 1mum et 2dum; Geometricorum vero 7mum: dato oblongo rhombum inscribere, proposui. / die 5♀ ut et paucis sequentibus, cum instarent nundinae Brunsvicenses, ob iter necessarium susceptum docere haud potui. / die 30♂ et post nundinas hasce / [82r] / } diebus 1♃ [et] 2♀ Decadis IVtae arithmeticorum problematum 3tium et 4tum; geometricorum autem 8vum: Dato cuiusque triangulo quadiutum maximum inscribere, soluta exhibui./ } die 5 ☽ et 6♂ Erat mercatus oppidanus. / } diebus 8♃, 9♀, 12 ☽, 13♂, 15♃ [et] 16♀ Quaestionum arithmeticarum decadem IVtae 6. reliquas; Geometricarum autem 9nam ac 10mam, illam nempe Arithmetis, |

| | |
|---|---|
| | de inscibendis semicirculo certa ratione circellis aliis absolvi. / } diebus 19☽, 20♂ [et] 22♃ thesi 33 ad finem deductis exemplis beneficio aquationum simplicium solvendis, illa sum aggressus, in quibus aquationes quadraticae occurebant, et quidem primo simplices. Horum [?] ergo tua arithmetica et unum geometricum dedi constructa. / [v] / } diebus 23♀, 26☽ [et] 27♂ Problemata alia geometrica duo proposui, et soluta exhibui. / Sequebantur Festum Archangeli Michaelis et feriae ordinariae. / Rudolphus Christianus Wagnerus Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.81-82 |
| Zeitraum | 01.07.1707–29.09.1707 |
| Text | Praelectionum in Casatum de Igne publicarum continuatio / Mense Iulio 1707/ die 1♀ Ad explicanda experimenta de gravitate aeris Toricelliana me converti. / die 4☽ Promotio Canditatorum Philosophiae hunc sibi vindicavit diem. / die 5♂ Nuptiis Boksbergianis interfui. / } die 7♃ [et] 8♀ De Aeris diversis in regionibus variante gravitate, quam in conatu sese in sphaerico, suarum constipationi conformi ambitu sistendi ponit autor, disserui. / } diebus 11 ☽ [et] 12♂ Erat mercatus oppidanus. / die 14♃ Corpus quodcunque, et grave, et leve esse dicendum, demonstravi. / } [diebus] 15♀, 18☽ [et] 19♂ Experimenta superus memorata Toricelliana examini subieci. / die 21♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / [v] / } diebus 22♀, 25☽, 26♂, 28♃ [et] 29♀ Discursum de corporum gravitate et experimentis Foricellianis ad finem dedux. / Mense Avgvsto / } diebus 1☽, 2♂ [et] 4♃ De Flammae gravitate, dixi. / die 5 ♀ Et, cum instarent nundinae Brunsvicenses, sequentibus iter necessarium explicui. / die 30♂ Post hasce nundinas / et / Mense Septembri / } diebus 1♃ [et] 2♀ Experimenta de ignis et flammae ponderabilitate fuere adducta et examini quoque subiecta. / } diebus 5☽ [et] 6 ♂ Erat mercatus oppidanus. / } diebus 8♃ [et] 9♀ Autoris sententiam, qua ob hanc ignis gravitatem, eius locum in centrum terrae esse reponendam iudicat, recensui et exposui. / [84r] / } diebus 12☽, 13♂ [et] 15♃ Quid ad metallorum generationem et maturationem, ut et fontium origines ignes subterranei conferant lustravi. / die 16♀ Num autoris de ignis loco placita sint admittenda, disquisivi. / die 19☽ Dissertationem IVtam an exustione nova gignatur substantia exponere incept, quidque Vestae nomine apud Poetas veniat, examinavi. / } diebus 20♂, 22♃ [et] 23♀ De Aristotelicorum materia prima egi, numque haec ipsa omnibus sit communis substantiis naturalibus, expendi. / } die 26☽ [et] 27♂ Aristotelis locis adductis, quam parum cum eo conveniant plurimi interpretum, ostendi. / die 29♃ Sequebantur festum Archangeli Michaelis, et feriae ordinariae. / Rudolphus Christianus Wagnerus Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H2., fol.83-84; fol.85-86 |
| Zeitraum | 11.10.1707–23.12.1707 |
| Text | Continuatio commentationum publicarum in Casatum de Igne, Physicarum / Mense Octobri 1707 / Die XI♂ In explicanda Dissertatione quarta, an exustione nova gignatur substantia ulterius sum progressus, atque num Elementa in corpore misto maneant nec ne disquisivi. / Die XIII♃ Thesin Physicorum: Formas fieri ex nihilo quidem sui, sed non ex nihilo subiecti, dedi expositam. / } Diebus XIV♀ [et] XVII☽ De formis partium forma totius subiectis |

suggestibus tormentorum; nec non de Sappis et Vineis egi. / Die 18 ♃ Vice Rectoratum suscepi. / } Die 19 ♀ [et] Die 22 ☽ De cuniculis et regressionibus extruendis fuit dictum. / [v] / Die 23 ♂ Disputationi Inauguralis Juridicae opponens interfui. / Die 25 ♃ Rationes, ob quas priores et antiquiores muniendi rationes fuere immutatae, dedi indicatas. / Die 26 ♀ Consistorium publicum circulos nostros turbabat. / } Die 29 ☽ [et] Die 30 ♂ Paganianae methodi Ichnographiam et Orthographiam edocui. / Mense Augusto / Die 1 ♃ Priorem absolvi, et Rusianam sum exorsus. / } Die 2 ♀ [et] Die 5 ☽ Rusianam ad finem perduxi. / } Die 6 ♂, 8 ♃ [et] 9 ♀ Ob negotiorum academicorum expeditionem tum et auditorum ad nundinas Brunsvicenses abitum, non docui. / } Die 20 ♂, Die 22 ♃ [et] Die 23 ♀ Post nundinaes hasce Scheiterianam muniendi rationem commonstravi. / } Die 26 ☽, Die 27 ♂ [et] Die 29 ♃ Vaubanianam prioribus addidi. / Die 30 ♀ Orthographiam quae concernebant, fuere absoluta. / Mense Septembri / } Die 2 ☽ [et] Die 3 ♂ Erat mercatus oppidanus, eius tempore et. / [85r] / } Die 5 ♃ [et] Die 6 ♀ Iter ad montes Hercyniae institui. / Die 9 ☽ Ob Consistorium privatum docere haud potui. / Die 10 ♂ Blondellianam muniendi rationem sum auspicatus. / Die 12 ♃ Consistorium privatum denuo hisce exercitiis remoram ponebat. / } Die 13 ♀ [et] Die 16 ☽ Modo dictam delineationem absolvi. / } Die 17 ♂ [et] Die 19 ♃ Sturmii Iunioris eam, quae Rimplerianae accedit, methodum commonstravi. / } Die 20 ♀, Die 23 ☽ [et] Die 24 ♂ Rimplerianam, quam modo laudatus auctor exhibet, edocui. / Die 26 ♃ In campo, hoc in exercitio, peragenda ostendi. / Die 27 ♀ Consistorium privatum erat visitandum. / Die 30 ☽ Disputatio Inauguralis Iuridica examini publico sistebatur. / Rudolph Christian Wagner doctor professor publicus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 84 f. |
| Zeitraum | 01.07.1709–30.09.1709 |
| Text | Commentationum in Institutiones physicas Schmidianas publicarum continuatio / Mense Iulio 1709 / Die 1 ☽ Sectio I § 1 notandum b substantiae naturalis varietatem, et § 2 eiusdem inferiora recensui. / Die 2 ♂ Erat festum visitationis Mariae. / Die 4 ♃ Sectio II § 1 Trium cognoscendi principiorum primum, sensum consideravi. / Die 5 ♀ § 2 De secundo horum, experientia, dixi. / } Die 8 ☽ [et] Die 9 ♂ Erat mercatus oppidanus. / } Die 11 ♃ [et] Die 12 ♀ Bibliotheca B. Collegae nostri, auctione sic dicta, publica, distrahebatur. / [v] / Die 15 ☽ Conditiones legitimae experientiae dedi expositas. / Die 16 ♂ De tertio, ratione minorum § 3 et de propositionibus physicis § 4 egi. / Die 18 ♃ Vice Rectoratum suscepi. / Die 19 ♀ § 5 De conditionibus principiorum essendi Aristotelicorum, ac methodo qua Philosophus pro iisdem indagandis est usus, diserui. / Die 22 ☽ Numerum horum, et materiae, primae dictam rationem explanavi. / Die 23 ♂ Disputationi Inaugurali Iuridicae dies hic dabatur. / } Die 25 ♃ [et] Die 26 ♀ De privatione et forma substantiali fuit dictum. / } Die 29 ☽ [et] Die 30 ♂ Universale illud physicorum principium, naturam consideravi § 6. / Mense Augusto / Die 1 ♃ Tria Cartesianorum huius mundi elementa exposui § 7. / } Die 2 ♀ [et] Die 5 ☽ Epicureorum atomum et inane; Helmontianorum aquam et fermentum; Chimicorum acidum et alcali, seu aliorum principia tria / [87r] / activa, sal sulphur et mercurium, et duo passiva, phlegma et caput mortum, recensui. / } Die 6 ♂, Die 8 ♃ [et] Die 9 ♀ Ob negotiorum academicorum expeditionem, tum et auditorum ad nundinas Brunsvicenses |

abitum, non docui. / Die 20 ♂ Causas physicorum extrinsecas efficientem et finalem expendi § 8. / Die 22 ♃ Sectio III de substantiae naturalis affectionibus § 1 harum descriptionem generalem explanavi. / } Die 23 ♀ [et] Die 26 ☽ De potentia movendi et motu in genere fuit dictum § 2. / Die 27 ♂ Motum localem in specie, eiusque inferiora, rectum, circularem et spiralem consideravi § 3. / } Die 29 ♃ [et] Die 30 ♀ Difficillimam de causis motuum naturalium doctrinam, dedi explanatam. / Mense Septembri / } Die 2 ☽ [et] Die 3 ♂ Erat mercatus oppidanus, eius tempore et. / } Die 5 ♃ [et] Die 6 ♀ Iter ad montes Hercyniae explicui. / [87v] / } Die 9 ☽, Die 10 ♂ [et] Die 12 ♃ De motus violenti causis continuantibus et speciebus, ut et § 4 de potentia quiescendi fuit actum. / Die 13 ♀ Potentiam essendi in loco eiusque requisita et affectiones exposui § 5. / } Die 16 ☽ [et] Die 17 ♂ Loci oppositum, vacuum nempe consideravi. / Die 19 ♃ § 6 De potentia essendi in tempore: temporis existentiam, definitionesque falsas dedi explicatas et refutatas. / Die 20 ♀ Praepoposita Aristotelis ad eius rationem eruendam explanavi, et. / Die 23 ☽ Reliqua huius theseos absolvi. / Die 24 ♂ Partis posterioris Sectio 1 § 1 de mundo fuit dictum. / } Die 26 ♃ [et] Die 27 ♀ Systemata Autorum mundana viginti fuere ostensa, et exposita. / Die 30 ☽ Disputatio Inauguralis Iuridica examini publico sistebatur. / Rudolp Christian Wagner doctor professor publicus

Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 86 f.; Fol. 40 f.; Fol. 42 f.

Zeitraum | 15.10.1709–20.12.1709

Text | Praelectionum in institutiones Physicas Schmidianas continuatio / Mense Octobri 1709 / Die 15 ♂ Erat natalis academiae. / Die 17 ♃ Ob negotia academica plurima nondum potui docere. / Die 18 ♀ De coelo. / Die 21 ☽ De stellis in genere, earumque. / Die 22 ♂ Luce. / Die 24 ♃ Motu; Numero, ac influxu fuit dictum. / Die 25 ♀ Stellas fixas. / Die 28 ☽ Erraticas, et ex harum ordine Saturnum, Iovem et Martem consideravi. / Die 29 ♂ Solis, Veneris et Mercurii. / Die 31 ♃ Lunae; et satellitum Saturni et Iovis corpora recensui. / Mense Novembri / } Die 1 ♀ [et] Die 4 ☽ De extraordinariis, Cometis et stellis novis egi. / [v] / Die 5 ♂ De Elementis tamquam partibus huius universi integrantibus. / Die 7 ♃ De numero horum; et Igne dixi. / Die 8 ♀ Aëris; et / Die 11 ☽ Aquae naturas, marisque salsedinem explanavi. / Die 12 ♂ Ob dentium dolores non docui. / Die 14 ♃ Maris aestum exposui. / Die 15 ♀ Disputationi inaugurali Theologicae dies hic dabatur. / Die 18 ☽ De fontium origine, et aquis mineralibus dixi. / } Die 19 ♂ [et] Die 21 ♃ Erat Mercatus oppidanus. / Die 22 ♀ De terra fuit actum. / Die 25 ☽ Elementa tanquam principia mixtorum. / Die 26 ♂ Caloris et frigoris qualitatumque secundarum dictarum, rationem consideravi. / Die 28 ♃ De mixtione et temperamento dixi. / Die 29 ♀ Imperfecte mixta, et meteora in genere lustravi. / Mense Decembri / } Die 2 ☽ [et] Die 3 ♂ De meteoris igneis. / } Die 5 ♃ [et] Die 6 ♀ De meteoris aqueis. / [89r] / } Die 9 ☽ [et] Die 10 ♂ De aëris. / } Die 12 ♃, Die 13 ♀ [et] Die 16 ☽ De meteoris emphaticis. / Die 17 ♂ De substantiis naturalibus perfecte mixtis, et fossilibus in genere. / } Die 19 ♃ [et] Die 20 ♀ De lapidibus, horumque materia communi; figuris, et colore fuit dictum. / Sequebantur feriae Natalitiae / Rudolph Christian Wagner doctor professor publicus Vice + Pro-Rector

Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 88 f.

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 15.10.1709–19.12.1709 |
| Text | Praelectionum in B. Feldeni compendium doctrinae spharicae series / Mense Octobri 1709 / Die 15 ♂ Anniversarium natalis academiae festum celebrabatur. / Die 17 ♃ Propter negotia academica perplura primordia praelectionum in proximum ♀ differebantur. / Die 18 ♀ De doctrinae Sphaericae definitione et methodo dixi partem 1 capitis 1. / Die 21 ☽ Hypotheseos Ptolemaicae capita exposui, caput 2. / Die 22 ♂ Ob conventum, quem convocari iusseram, publicum, docere non potui. / Die 24 ♃ Hypothesin, quae motu stellarum spirali utitur explanavi capite 3. / Die 25 ♀ Systemata bina, semi-copernicanum, et Copernicanum prioribus addidi capite eodem. / Die 28 ☽ Consistorium publicum circulos nostros turbavit. / [v] / Die 29 ♂ Hypothesibus coelum et terram sigillatim concernentibus, propositis capite IV. / Die 31 ♃ Partis secundae capitis 1, 2 et 3 de Sphaera, et circulis in genere absolvi. / Mense Novembri / Die 1 ♀ Consistorium privatum et. / Die 4 ☽ Consistorium publicum sese insequebantur. / Die 5 ♂ Capite 4 et 5 circulos maiores externos, et internorum quosdam in Sphaera demonstravi. / Die 7 ♃ Capite 6 de paralellis, stricte sic dictis; et capite 7 de minoribus reliquis circulis disserui. / } Die 8 ♀ [et] Die 11 ☽ Partis III capite 1 affectiones primi motus nobiliores exposui. / Die 12 ♂ Ob dentium dolores non docui. / Die 14 ♃ Reliquas affectiones absolvi capite eodem. / Die 15 ♀ Dissertationi inaugurali Theologicae Pro-Rector opponens interfui. / Die 18 ☽ Capite II passiones vulgares astronomicas explanavi. / } Die 19 ♂ [et] Die 21 ♃ Mercati oppidani feriae Consistorio privato nihilominus erant dandae. / Die 22 ♀ Passionum dictarum reliquas prioribus addidi capite eodem. / Die 25 ☽ Partis quartae capite 1 probl. 1 de praeparatione globi ad / [91r] / usum; secundum de inquirendo loco solis vero, cum theoremate 1 absolvi. / Die 26 ♂ Probl. III idem alio modo monstravi, quarto, quinto, sexto et septimo autem longitudinem, latitudinem stellarum; solisque loca in globo demonstravi. / Die 28 ♃ Negotiis academicis plurimis eram immersus. / Die 29 ♀ Probl. octavo, IXno et Xmo horum solis locorum, oppositiones, declinationes et ascensiones rectas determinavi, adiuncto theoremate secundo de tribus Spharae positionibus. / Mense Decembri / Die 2 ☽ Probl. XI, XII et XIII de ascensionibus obliquis, differentia ascensionali, reliquis, egi. / Die 3 ♂ Stellarum amplitudines, altitudines meridianas, distantias â vertice declinationesque ostendi, probl. XIV, XV, XVI et XVII. / Die 5 ♃ Gradus aequatoris cum tempore, et contra commutari probl. XVIII altitudines stellarum ante et postmeridianas probl. XIX harumque azimutha probl. XX; ostendi; explanato insuper theoremate III haec respiciente. / Die 6 ♀ Consistorio publico erat dandus. / [91v] / Die 9 ☽ Probl. XXI arcus semidiurnus stella dato in loco fuit indagatus, probl. XXII vero, cum contenta eius capitis IV sequens recurrant, ad illud tempus fuit sepositum. Tandem capitis II probl. I et secundo ortus et occasus stellarum poetici fuere absoluti. / Die 10 ♂ Capitis III Theor. I probl. 1 Theor. II, III et probl. secundo diversitas temporis ex motu diurno fuit demonstrata. / Die 12 ♃ Theor. IV, V et VI reliqua huius prioribus fuere addita. / Die 13 ♀ Theor. VII probl. II reliqua huius prioribus fuere addita. / Die 16 ☽ probl. III et reliqua huius prioribus fuere addita. / Die 17 ♂ Probl. IV reliqua huius prioribus fuere addita. / Die 19 ♃ Oratio publica â cive recitabatur. / Sequebantur feriae Natalitiae / Rudolph Christian Wagner doctor professor |

| | |
|---|---|
| | publicus Vice + Pro-Rector |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 90 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 04.01.1710–30.06.1710 |
| Text | Praelectionum in Institutiones Physicas Schmidianas continuatio, et novarum de Anima series / Mense Aprili 1710 / die 1♂ Considerato Sensuum numero, de illo Visus egi, atque Oculi structuram et partes in illis brutorum, cultelli aciei subiectis, commonstravi. / die eodem De Visus obiecto, lumine et coloribus dixi. / die 3♃ Auditus rationem exposui, et auris structuram pariter ostendi. / die eodem Obiectum auditus, sonum nempe explanavi. / die 4♀ Olfactus; / die eodem Gustus et Tactus organa et modum recensui. / die 7☽ de sensibus internis egi. / die eodem De facultate appetitiva dixi. / die 8♂ Erat mercatus oppidanus. / die 9☿ Non obstante eodem mercatu, ut commentationes hae finiri possent, de Animae rationalis facultatibus Intellectu et Voluntate dixi. / [v] / die 10♃ De productione anime rationalis, ut et immaterialitate eiusdem; et / } diebus 11♀ [et] 12♄ De immortalitate mentis disserui, hisque praelectionibus finem imposui. / Hebdomas magna et feriae Paschales nos ad sacra vocabant. / In commentationibus de Anima / Mense Maio / die 20♂ Postquam ea qua ad commentationes hasce spectabant, prioribus huius Mensis diebus charte mandaveram, de Necessitate, sed et insigni difficultate huius doctrinae discursu prooemiali dixi. / die 22♃ Nominis Animae etymologiam, homonymiam et synonymiam dedi thesi 1 / die 23♀ De existentia Animae dicere coepi thesi II. die 26☽ Dies erat devotionis publicae pro avertenda annonae caritate. / die 27♂ Existentiam Animae negatam adduxi thesi eadem / die 29♃ Erat festum Ascensionis Domini. / die 30♀ Existentiam Animae affirmatam dedi thesi eadem / [83r] / Mense Iunio / die 2☽ Cuius disciplinae sit haec de Anima doctrina, disquisivi thesi III. / die 3♂ De animae essentia dogmata certis classibus inclusa protuli thesi IV. / } diebus 5♃ [et] 6♀ Placita eorum, qui ad motum, cuius anima principium respexere, proposui thesi V. / } die 17♂ [et] 19♃ post ferias Pentecostales doctinas eorum, qui ad utrumque principium spectarunt recensui thesi VII. / die 20♀ Sententias eorum, qui ad sensum, cuius anima principium attenderunt, adduxi thesi VI. / die 23☽ Illas, qui animam pro accidente habuerunt prioribus addidi theses VIII. / die 24♂ Erat festum Iohannis Baptistae / die 26♃ Dogmatum thesi V recensitorum absurditatem ostendi thesi IX. / die 27♀ Errores placitorum theses VI. propositorum adduxi. thesi X. / die 30☽ Lapsus sententiarum thesi VII memoratarum commonstravi thesi XI. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 82-83r; 100-101 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 07.01.1710–31.03.1710 |
| Text | Commentationum in Institutiones physicas Schmidianas continuatio / Mense Ianuario Anno MDCCX / } diebus 7♂ [et] 9♃ Magnetis phaenomena admiranda, horumque causas recensui / } diebus 10♀ [et] 13☽ De haematite, lapide scissiti, asbesto, et reliquis saxo item, et marmore dixi. / die 14♂ De gemmis, et lapidibus qui in animalibus reperiuntur, disserui. / die 16♃ Metallorum doctrinam generalem exposui. / die 17♀ Consistorio publico rationes, de cellae administratione, reddebantur. / } diebus 20☽ [et] 21♂ Ob valetudinem adversam, negotiaque academica perplura nihilosecius |

expedienda, non docui. / die 23♃ Vice-Rectoratus provinciam deposui et Successori tradidi. / } diebus 24♀, 27☽ [et] 28♂ Auctio publica non aeque, verum nimius languor, commentationibus hisce fuit impedimento. / [v] / die 30♃ Examini privato Magisterii Candidatorum interfui. / die 31♀ De Metallis singulis egi. / Mense Februario / } diebus 3☽, 4♂, 6♃ [et] 7♀ Erant nundinae Brunsvicenses, ut et Anatomia publica. / } diebus 10☽ [et] 11♂ Anatomia publica nondum erat finita. / } die13♃ Examini privato [et] die 14♀ Examini publico } Candidatorum Magisterii dies videbantur. / die 17☽ Tractatio de Metallis fuit absoluta. / die 18♂ Mineralia media concernentis theseos partem exposui. / die 20♃ Honores summi in ordine philosophico 4 Candidatis conferebantur. / die 22♀ Thesin de mineralibus mediis absolvi. / } diebus 24☽, 25♂ 27♃ [et] 28♀ Animae existentiam, diversasque tum veterum, tum recentiorum, de animae essentia, opiniones demonstravi et recensui. / Mense Martio die 3☽ Reliqua huius theseos absolvi. / die 4♂ Brunsvigam ac Guelpherbytum, sontica de causa, sum profectus. / [79r] / } diebus 6♃, 7♀ [et] 10☽ Aristotelis de anima definitiones, perinde ac de animae sede autorum placita, exposui. / } diebus 11♂, 13♃ [et] 14♀ De tribus animarum generibus disserui. / } diebus 17☽, 18♂, 20♃ [et] 21♀ De animae vegetativae facultatibus, nutritiva et augmentativa, egi. / die 24☽ De potentia generandi dicere exorsus sum. / die 25♂ erat festum annunciationis Mariae. / } diebus 27♃ [et] 28♀ Reliqua ad potentiam generandi spectantia absolvi. / die 31☽ Requisita ad sensum pertinentia recensui. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 78-79r; 139-140 |
| Zeitraum | 07.01.1710–31.03.1710 |
| Text | Commentationum in Beati Feldeni Compendium doctrinae Sphaericae continuatio. / Mense Ianuario Anno 1710 / } diebus 7♂, 9♃, 10♀ [et] 13☽ Propter negotia academica quamplurima, a me Vice-Rectore curanda, docere haud potui. / die 14♂ Ex solis, vel stellae altitudine cognita, horam diei, vel noctis aequalem, beneficio globi indicavi, problemate V. Caput III. partis IVtae. / } diebus 16♃ [et] 17♀ Idem problema quomodo per calculum Astronomicum accuratius absolvi queat, ostendi. / } diebus 20☽ [et] 21♂ Aegrotus non docui. / die 23♃ Vice-Rectoratus munia deposui, atque Successori tradidi. / } diebus 24♀, 27☽ [et] 28♂ Ob vires summe prostratas pralectionibus hisce vacare haud potui / } diebus 30♃ [et] 31♀ Auroras et crepuscula datorum dierum, tum beneficio globi, tum calculi nominati, indicavi. problemate VI. / [v] / Mense Februario / } diebus 3☽,4♂,6♃,7♀, 10☽ [et] 11♂ Tum nundinis Brunsvicensibus, tum anatomiae publicae, dies hi dabantur. / die 13♃ Problema VItum absolvi. / die 14♀ Examini Magisteri Candidatorum publico interfui. / } diebus 17☽ [et] 18♂ Capite IVto usum Sphaerae astrologicum ostensurus, problemate XXII. Caput 1 partis huius huc vocato, thematum coeli erigendorum modum Imum, IIdum et IIItium commonstravi. / die 20♃ Honorum summorum in philosophico ordine erat distributio. / } diebus 21♀ [et] 24☽ Reliquos et praesertim Regiomontani modum rationalem exposui. / } diebus 25♂, 27♃, 28♀ / Mense Martio / et 3☽ De directionibus Astrologorum egi. problemate II. / die 4♂ Brunsvigam et Guelpherbytum, fontica de causa sum profectus. / } diebus 6♃ [et] 7♀ Caput V. problemate I differentias, tum erronum inter se, tum a fixis, recensui. / [81r] / die 10☽ Problemate II de |

asterismis dicere sum exorsus. / die 11♂ Erat Consistorium publicum hisce operis impedimento. / } diebus 13♃ [et] 14♀ Doctrinam de osterismis ad finem perduxi. / } diebus 17☽, 18♂ [et] 20♃ De Planetis egi problemate III. / die 21♀ Lineae meridianae determinationem commonstravi problemate IV. / die 24☽ Latitudinem loci definiendi modum Imum exhibui problemate V. / die 25♂ Dies festo annunciationis Mariae sacer erat. / die 27♃ Reliquos dicti problematis modos absolvi. / die 28♀ Longitudines locorum determinavi. problemate VI. / die 31☽ Qua ratione planetae, vel stellae novae, situs in coelo, per globum et quadrantem, sit deprehendendus, ostendi problemate VII. / Praeter hasce horas ordinarias noctes serenas quam plurimas lustrationi tum fixarum tum planetarum in gratiam commilitonum impendi, atque iisdem facies planetarum. Venerisque phases, lunaribus similes, praeprimis vero Saturni, annulo suo cuncti, admirandam, per telescopia maiora atque pretiosa commonstravi. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus

Quelle: 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 80-81r; 141-142

Zeitraum: 01.04.1710–30.06.1710

Text: Commentationum in Sphaericam Feldenianam ad finem deductio et novarum Arithmeticarum series. / Mense Aprili 1710 / die 1♂ Planetae vel novae stellae situm in coelo determinandum ope declinationis et ascensionis recta, et per hanc longitudinis et latitudinis earundem edocui caput V. problema VII partis IV. / die 3♃ Caput VI. De usu globi in doctrina Gnomonica dixi, et problema 1 horologium sciothericum horizontale in plano describendum commonstravi. / die 4♀ Qua ratione idem ex tabulis, calculi ope inventis, sit adornandum, ostendi. / die 7☽ Horologium verticale sphaerae beneficio delineandum dedi. / } diebus 8♂ [et] 10♃ Erat mercatus oppidanus. / [v] / diebus 11♀ Horologium tale tabularum ope etiam descripsi, atque praelectionibus hisce finem imposui. / Hebdomas maga ac feriae Paschales nos ad sacra vocarunt. / Mense Maio In Arithmeticis / die 2♀ Arithmeticae definitione exposita, obiectum eius atque legem totius arithmeticae fundamentalem adduxi. / die 5☽ Logisticae literalis definitionem priori addidi. / } diebus 6♂ [et] 8♃ quinque sic vocatarum specierum primam numerationem absolvi. / die 9♀ Quaenam in notatione literali occurrant, explicui. / } diebus 12☽ [et] 13♂ Additionem in numeris, et / } diebus 15♃ [et] 16♀ eandem in literis ostendi. / } diebus 19☽ [et] 20♂ Subtractionem in numeris edocui. / die 22♃ Visitatio Fautoris huc transientis operis hisce erat impedimento. / die 23♀ Subtractionis literalis partem absolvi. / die 26☽ Dies erat precum publicarum pro avertenda annonae caritate. / die 27♂ In operationibus Subtractionis literalis sum progressus. / die 29♃ Erat festum ascensionis Domini. / die 30♂ Reliqua Subtractionis literalis ad finem perduxi. / Mense Iunio / die 2☽ Multiplicationem in numeris, et / } diebus 3♂ [et] 5♃ in literis commonstravi. / die 6♀ Divisionem vulgarem sum exorsus, quam / die 17♂ post ferias Pentecostales absolvi. / } die 19♃, 20♀ [et] 23☽ Divisionem in literis exposui. / die 24♂ Erat festum Sancti Iohannis Baptistae. / die 26♃ Fractionum, in numeris, ratione considerata, regularum ad operationes necessariarum praeparatiarum 1mam, et / } die 27♀ [et] 30☽ IIdam, IIItiam, IVtam, Vtam et VItam commonstravi. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus

Quelle: 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 84-85r; 92-93

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1710–26.09.1710 |
| Text | Praelectionum Arithmeticarum continuatio / [mit anderer Hand:] et novarum Geometricarum primordia. / Mense Iulio 1710 / die 1♂ Regularum praeparatoriarum in factionibus VIImam et VIIIvam exposui. / } diebus 3♃ [et] 4♀ Quem hae regulae in logistica literali usum habeant, ostendi. / die 7☽ Additionem factionum tam in vulgari, quam literali arithmetica edocui. / die 8♂ Subtractionem; / die 10 ♃ Multiplicationem; / die 11♀ Divisionem fractionum in numeris et literis absolvi. / } diebus 14☽ [et] 15♂ Seposita, uti mihi consuetum, radicum extractione, in Geometricis posthaec tradendis, exponenda, Regulam Trium directam explanavi. / } diebus 17♃ [et] 18♀ Regulam Trium inversam. / die 21☽ Regulam Trium compositam directam ostendi. / die 22♂ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / } diebus 24♃ [et] 25♀ Regulam Trium compositam inversam auditoribus tradidi. / [v] / die 28☽ Consistorium publicum operis nostris erat impedimento. / } diebus 29♂ [et] die 31♃ Regulam Consortii edocui. / Mense Augusto / die 1♀ Practicae Italicae fundamentum Imum numerorum compositorum ad primos reductionem exposui, huiusque usum in exemplis commonstravi. / } diebus 22♀, 25☽ [et] 26♂ Post nundinas Brunsvicenses Hanoverae, sontica de causa egi. / die 28♃ Redux ex hoc itinere / die 29♀ Practicae Italicae fundamentum IIdum dispersionem numeri maioris in plures minores explanavi. / Mense Septembri / die 1☽ Reliqua huius fundamenti II. absolvi. / } diebus 2♂ [et] 3♃ Erat mercatus oppidanus. / die 5♀ Fundamentum IIItium vulgariter dispersorum generum separatum tractationem, edocui. / } diebus 8☽ [et] 9♂ Fundamentum IVtum mutationem unius speciei in alteram exposui. / die 11♃ De Progressionibus egi, et reg. 1 terminorum progressionis Arithmeticae compendiosam Additionem ostendi. / die 12♀ Eandem regulam in terminis Progressionis Geometricae exhibui. / } diebus 15☽, 16♂ [et] 18♃ Dissertationibus inauguralibus, duabus Iuridicis, et uni Medicae dies hi dabantur. / } diebus 19♀ [et] 22☽ Regula IIItia et IVta quomodo intermedii inter priores et ultimum Progressionum termini sint investigandi commonstravi, et praelectionibus hisce finem imposui. / In Geometricis / die 23♂ Cum iter aliquod suscipiendum instaret, ea propter sine mora Geometricas Institutiones sum exorsus, atque Geometriae definitionem et partes recensui et explanavi. / die 25♃ Erat promotio solennis in ordine Iuridico. / die 26♀ In Geometriae parte Ima rectimetrica Geneses linearum, rectae et circularis ostendi. / Sequebatur festum Sancti Michaelis cum feriis ordinariis. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 86-87r; 98-99 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1710–26.09.1710 |
| Text | Commentationum de Anima Physicarum continuatio. / Mense Iulio 1710 / die 1♂ Falsitatem opinionum thesi VIII. consideratarum proposui thesi XII. / die 3♃ Aristotelis, ad Animae definitionem formandam, praesupposita, recensui thesi XIII. / die 4♀ Definitionem ipsam huius exposui, thesi eadem. / die 7☽ Aristotelis Animae definitionem alteram adduxi. thesi XIV. / } diebus 8♂ [et] 10♃ Consensum recentiorum cum Aristotele in his placitis ostendi thesi XV. / } diebus 11♀, 14☽ [et] 15♂ Praesupposita summi cuiusdam vivi pro animae existentia demonstranda recensui, thesi XVI, XVII, XIIX, XIX. / die 17♃ |

Consistorium publicum de cellae administratione erat visitandum. / die 18♀ Definitionem animae ipsam prioribus subiunctam dedi thesi XX. / [v] / die 21☽ Animarum genera proposui thesi XX. / die 22♂ Plantis animam vegetativam concedi, an vero in brutis et homine unicae unicuivis sit anima, inter autores controverti, memoravi thesi XXII. / die 24♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 25♀ Sententiam eorum, qui plures uni vivente animas dari statuunt, adduxi thesi XXIII. / die 28☽ Alios cum Aristotele non nisi unicam in vivente animam admittere edocui thesi XXIV. / die 29♂ Hisce etiam annumeranda Viri superius laudati celeberrimi dogmata, recensui thesi XXV. / die 31♃ De anima vegetante eiusque functionibus in genere dixi thesi XXVI. / Mense Augusto / die 1♀ Nutritionem viventium considerare coepi thesi XXVII. / } diebus 22♀, 25☽ [et] 26♂ Post ferias nundinales Hanovera sontica de causa fuit mihi subsistendum. / die 28♃ Redux ex itinere hoc / die 29♀ In doctrina de nutritione viventium sum progressus thesi XXVIII. / [89r] / Mense Septembri / die 1☽ Ad animalium nutritionem respiciens de chylificationis negotio dicere sum exorsus thesi XXIX. / } diebus 2♂ [et] 4♃ Erat mercatus oppidanus. / } diebus 5♀, 8☽ [et] 9♂ Reliqua ad hanc doctrinam spectantia prioribus addidi thesi eadem et sequentibus XXX, XXXI. / } diebus 11♃ [et] 12♀ Nutritio quomodo in plantis procedat, exposui thesi XXXII. / } diebus 15☽, 16♂ [et] 18♃ Dissertationes inaugurales duae Iuridicae et una Medica praelectionibus hisce erant impedimento. / die 19♀ Augmentationem non esse peculiarem animae functionem demonstravi thesi XXXIII. / } diebus 22☽ [et] 23♂ De generatione viventium in genere egi thesi XXXIV, XXXV. / die 25♃ Dies hic solennitati promotionis in ordine Iuridico dabatur. / die 26♀ Quid in generationis animalium negotio mas conferat, exponere coepi. / Festum Michaelis cum diebus sequentibus ferias hisce commentationibus concedebat. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 88-89r; 75-76 |
| Zeitraum | 09.10.1710–23.12.1710 |
| Text | Commentationum Geometicarum continuatio. / Mensis Octobris 1710 / Binis ultimis hebdomadibus post ferias ordinarias ob iter ad promovenda utriusque muneris studia suceptum, cuius rationem Magnificentissimo Academiae huius Directorio humillimus exposui, non docui. Moram autem hanc pluribus horis extra ordinem adsumtis, quas praeter haec problemata Geometrica in campo expedienda sibi deposcunt, sedulus pensavi. / Mensis Novembris / die 10☽ Linearum affectionibus explanatis Theorematum praecipuorum circa lineas et angulos Imum et IIdum demonstravi. / die 11♂ Oratio inauguralis a Domino Doctore Schrammio habebatur. / die 13♃ Theorema IIItium et IVtum / die 14♀ Theorema Vtum, VItum et VIImum absolvi. / die 17☽ Datae in charta lineae rectae longitudinem per scalam Geometricam mensuravimus, et scalarum harum constructionem ostendimus problemate I et anguli dati quantitatem instrumento transportatorio determinavimus problemate II. / } diebus 18♂ [et] 20♃ Erat mercatus oppidanus. / die 21♀ Dato angulo ad datam lineam aequalem fecimus problemate III. Ad lineam datam perpendicularem excitavimus problemate IV. et datam lineam vel datum angulum bifariam divisimus problemate V. / die 22♄ Die hoc extraordinario horis pomeridianis tribus tum priora haec problemata in campo absolvimus, tum distantias locorum duorum secundum lieam rectam in accessorum |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | problemate VI, VII et VIII. inquisivimus. / die 24☽ Seposito problemate IX in campo expediendo, datae rectae parallelam duximus problemate X. rectam datam in desideratas aequales partes divisimus problemate XI. et per data tria puncta in directo haud posita arcum peripheriae descripsimus, problemate a me addito. / [91r] / die 25♂ Datis lineis vel duabus vel tribus rectis proportionales delineavimus problemate XII et XIII. / } diebus 27♃ [et] 28♀ Theoriam partis secundae de superficiebus expositam dedi. / Mensis Decembris / die 1☽ Theorematum praecipuorum circa figuras I, II, et III / die 2♂ Theorema IVtum; / die 4♃ Theorema Vtum et VItum demonstravi. / die 5♀ Super datis rectis vel ex datis hisce triangula et parallelogramma descripsimus problemate I, II et III. / die 8☽ Reliquis antecedentibus problematibus absolutis polygona regularia delineavimus, problemate IVto. / die 9♂ Logistica decimali ex arithmeticis hac vocata areas parallelogrammorum et triangulorum inquisivimus problemate V et VI. / die 10☿ Die extraordinario in campo areas superficiales agrorum determinaturus, horis tribus pomeridianis eorum limites charta excepimus. / die 11♃ Areas, trapezii, polygoni, et circuli inventas dedimus problemate VII et VIII. / die 14 ♀ In campo piscinae terminos in chartam transportavimus per horas tres. / die 13♄ Areas agrorum superiorum et pisionae calculo expressimus, per horas tres. / [v] / die 15☽ Plura quadrata in unum aequale commutavimus problemate IX, nec non triangula et parallelogramma data in partes desideratas divisimus problemate IX., X et XI. / die 16♂ Problematibus hisce Sturmianis duo addidi summe necessaria Imum de divisione tum trapezidis, tum polygoni cuiuscunque irregularis in partes desideratas quascumque IIdum quomodo a dato quocunque polygono desiderata perticarum quantitas sit abscindenda, horis duabus. / die 18♃ Theoria partis IItiae de solidis seu corporibus exposita, theorematum praecipuorum Imum et IIdum demonstrata dedi. / die 19♀ Theoremata reliqua II. IV, V et VItum absolvi. / die 22☽ Retia, ut vocantur, tetraedri, cubi, octaedri et Icosaedri delineavimus. / die 23♂ Dissertationis inauguralis Theologicae auditor fui./ Feriis nativitatis Salvatoris nostri ad sacra vocabamur. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus. |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 90-91; 94-95 |
| | |
| Zeitraum | 10.11.1710–23.12.1710 |
| Text | Praelectionum de Anima Physicarum continuatio. / Mense Octobri 1710 / Binis ultimis hebdomadibus ob iter ad promovenda utriusque muneris studia susceptum cuiusque rationem Magnificentissimo Academiae huius Directorio humillimus indicavi, non docui. / Mense Novembri / [}] diebus 10☽, 11♂ [et] 13♃ In thesi XXXVI sum progressus, et organa genitalia maris recensui / } diebus 14♀ [et] 17☽ Quae in foemellis animalium organa ad generationis opus exequendum praesto sunt thesi XXVII memorata dedi./ } die 18♂ [et] 20♃ Erat mercatus oppidanus. / [v] / } diebus 21♀ [et] 24☽ Reliqua antecedentis theseos exposui, atque ovaria cum ovulis contentis et genitalium apparatu in animalibus brutis auditoribus commonstravi. / } diebus 25♂, 27♃ [et] 28♀ Singula quae ad generationem plantarum pertinent consideravi thesi XXXVIII. / Mense Decembri / } diebus 1☽ [et] 2♂ De anima sensitiva doctrinam sum exorsus, atque Sensus quid sit, exposui thesi XXXIX. / } diebus 4♃, 5♀ [et] 8☽ Cum et haec sensuum existentia in brutis in dubium vocetur, tum argumenta sensus negantium adduxi thesi XL. / } diebus 9♂ [et] 11♃ Ob |

| | |
|---|---|
| | coelum admodum serenum binas hasce horas rogatu auditorum siderum lustrationi dedi / } diebus 12♀, 15☽, 16♂ [et] 18♃ Argumenta eorum, qui sensuum existentiam affirmatam dederunt, proposui thesi XLI./ die 19♀ Sensuum divisionem in externum et internum expendi thesi XLII. / die 22☽ Sensus externi quintuplicem varietatem et fundamenta huius divisionis consideravi thesi eadem / [93r] die 23♂ Erat Disputatio Theologica inauguralis. / Feriae nativitatis Christi a naturalibus ad supernaturalia, et miracula Bethlehemitica devote lustranda nos deducebant. / Rudolphus Christianus Wagner Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 92-93; 96-97 |

**Zitierhinweis**

Prof. Rudolf Christian Wagner. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-231-wagner [22.08.2026]